68
13 D
68

1542

Dom. prof. Rom. Soc. Jesu Catal. inscrip. bibl.

IACOBI IACO MELLI ROMANI IN NOVAM

quandam Antonij Mirandulani de prædicamentis opinionem

Reſponſio.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

5. 20. F. 14.

ALEXANDRO EARNESIO AM PLISSIMO CARDINALI.

IACOBVS IACOMELLVS. S.

PRæteritis diebus Ampliſſime Domine Commentariolum quoddam Antonij Bernardi Mirãdulani de prædicamentis tuo mihi nomine redditum eſt. Atq; id impoſitum vt quæ in eo veritati, aut Ariſto. doctrinæ minus conſona viderentur, meis ſcriptis notarem. Inſuper & illud relatum te multis in Philoſophia hac noſtra ætate viris Clariſſ. eandem prouinciam delegaſſe. Ea ratione ꝙ cum tu poſt vtriuſq; linguæ peritiam Mathematicarumq; diſciplinarum cognitionem quas ab incunabulis excolueras Dialecticæ ac utriuſq; philoſophiæ ſtudia inhiares, vt poſtremo his veluti præuiis facilius ſacris literis initiareris idem Mirandulanus quem tibi in huiuſmodi ſtudiis adiutorem elegeras alia tibi via a cæteris cundum eſſe perſuaſerat, qua de re cõmentarium illud ædiderat quo in multis a cæteris quotquot fuere ab Ariſto. tempore huiuſq; interpretibus Græcis Arabibus ac Latinis, etiã his qui Ariſto. ſua ipſum exponentem audiere, nimis audacter diſſentit. Et multum quippe referre putares, nouisne his dogmatibus, quæ ſolus ipſe effinxit, an conſuctis, & iam detritis imbuereris, quibus tot in philoſophia ſigniferos Duces, ac ẽt Imperatores euaſiſſe cõſpiceres. Proinde cupiebas hac in re aliorum ſententias ac iudicia explorare, qui noſtra hac ætate con-

ſpicui viſi ſunt, inter quos etiam me tametſi minus fortaſſe illis comparandum, vnum tamen eſſe voluiſti, quem illi palam iuſſu tuo ſæpenumero coram & aduerſantem, & defendentem audieras. Quem etiam cum in ampliſſimæ domus tuæ penetralibus vnà cum multis (vt moris eſt) doctiſſimis viris, ac imprimis Clariſſ. Præſule Iouio eſſemus, interrogatum a te quid mihi de huiuſmodi noua opinione videretur, reſpondiſſe me ſcires, talem in ea Mirandulanum videri qualis eſt in Euangelio Lutherus, neq; aliquem uſq; è Peripateticis inueniri, qui hæc eadem non ſit aſſerturus. Vt igitur amplitudinis tuæ nutui obſequerer eidem cõmentariolo rñdi, ac qualis ipſius Ariſt. ſententia in huiuſmodi controuerſia fuerit ꝙ breuiſſime potui explicaui. Quod ſi rem paucorum dierum ſpatio abſoluendam in longius protrahere viſus ſum, id primũ tribuas oneri publicæ profeſſionis quo quotidie interpellor. Deinde pudori meo, qui cum ſcirem Clariſſ. in philoſophia viros, quorum ego doctrinam admirari ſoleo, iuſſu tuo hanc eandem cauſam egiſſe, verebar ſi negligentius reſponderem, ut ſatis dignus iudicio tuo, quo honorificentiſſime in illorum numero me repoſueris, reperirer. Quæ omnia ſiquis recte reputabit, non tam ꝙ paulo ſerius, q̃ ꝙ vnq̃ omnino ſuſceperim, me fortaſſe repræhendet. Quod cum ego a principio iudicarim, poſtea uerò etiam magis experiundo ſenſerim, tamen pro mea in te obſeruantia, proq; tua in me ſingulari benignitate, voluntati tuæ, q̃ iudicio meo ſeruire malui, vt quod uis potius admiſiſſe, q̃ tuum defugiſſe imperium exiſtimarer. Vale.

IACOBVS IACOMELLVS ANTONIO BERNARDI MIRANDVLANO. S.

DIV multumq́ dubitaui Antoni Mirandulane an Cōmentariolo tuo quod Paulo Iouio Clariſſ. Præſuli præteritis diebus ad me dediſti, reſpondere deberem. Verebar. n. ſi tibi roganti & quaſi prouocanti non reſponderem, ne noſtræ amicitiæ iura violarem. Contra non minus reformidabā, ne te multoſq́ communes amicos, qui tuæ iſtius nouæ ſententiæ ſunt vt mihi videntur tui nimium ſtudioſi, grauiter offenderem, ſi ea quæ de illo ſentirem libere proferrem. Adde q̄ meum hunc qualiſcunq́ erit, laborem, non multum profuturū exiſtimaui. Cum tu tibi eam primus de prædicamentis opinionem effinxeris, a qua cum tot præſtantiſſimorum Ariſtotelis Interpretum, Græcorum, Arabum, Latinorum conſenſus, ratio, authoritas dimouere non potuerit, quomodo ego ſperem me ab eadem te poſſe reuellere? Dicam igitur quod verum eſt, me nullo pacto ad reſponſionem deſcenſurum fuiſſe, niſi ALEXANDRI Farneſij Cardinalis Ampliſſ. cōis patroni voluntas & Amplitudo ad id impuliſſet. An ego tanti Principis, & de me optime meriti, nutui non obſequerer? Reſpondebo igitur, non ita tamen, ut quæq́ minutula, quæ tu digrediendo accumulas, ſigillatim ſim perſecuturus: Sed ea dumtaxat, quæ huic diſputationi, et rei de qua eſt con

trouerſia conuenire conferreq́ videbuntur. Si igitur in meis argumentis aſſeuerandis confirmandiſq́, tuis diluendis ac confutandis, tibi vel acrior ꝙ putaſſes, vel aſperior ꝙ noſtram deceret amicitiã eſſe videbor eius te meminiſſe oportebit quod in Ethicis ſcriptum non ignoras. Veritatem amicitiæ præponendam. Vale.

TRACTATVS PRIMVS QVO DE *his quæ in exordio poſita ſunt diſſeritur.*

Caput primum quo colliguntur quæ in exordio aſſeruntur.

Primaria Antonii N[illegible] Con.

IN INITIO *commentarioli tui hanc affirmas concluſionem. Doctrina quæ habetur in libro prædicamentorum non eſt pars logicæ facultatis, quam ut cõmodius aſtruas, multa tanquam in exordio explicanda proponis, uidelicet. Quæ ſit ipſius logicæ facultatis intentio. Quæ intentionis cauſa, Quid ipſa ſit, Quo a dialectica differat.*

Quatuor proponũtur explicanda.

Quibus perfecte intellectis futurum eſſe confidis, ut propoſitæ a principio concluſionis veritas luce clarius eluceſcat. Ego vero mi Antoni (vt rem ingenue fatear) horum diſputatione non occuparer, propterea ꝙ a propoſito deuia eſſe videntur. Neq; tu inferius valide monſtras quo pacto horum explicatio illud pariat, quod a principio monſtrandum propoſuiſti. Verum cum multa etiam in his affirmes, quæ ex Ariſtotelis doctrina non prodeunt, ſuperuacaneum non duxi in horum examinatione parumper inſiſtere. Logicæ igitur facultatis intentionem finemq; arbitraris eſſe docere modum cognoſcendi, huius rei cauſam ſic conaris oſtendere. Quæ a

Primus logicæ finis.

nobis ſiue opinando ſiue ſciendo cognoſcuntur, quatuor ſunt, ea ratiõ e quod quatuor dumtaxat in uniuerſum quæri ſolent, videlicet ſi eſt, quid eſt, quia eſt, propter quid eſt. Omnis *etiam quæſtio ut definiatur ac terminetur, medio aliquo uelu ti neceſſario inſtrumento indiget, fieriq́ poteſt ut in illius ac ceptione ac uſu aberremus.* Summe *igitur homini enitendum eſt, ut facultatem artemq́ aliquam ſibi paret, qua duce ea cer te cognoſcat, quorum ignoratione prius tenebatur.* Hanc *facul tatem, logicam appellare nonnullis quas affers rationibus cõ ſentaneum eſt, quæ tota circa illorum inſtrumentorum ſtru cturam, quibus quæſita illa quatuor definiri iam diximus verſabitur.* Q*uæ cum diſsimilia ſint & varia, propterea ꝙ tria cum ſint compoſita, & affirmando aut negando quæ rant, ut ſi eſt, quia eſt, & propter quid eſt ſyllogiſmo termi nabuntur, reliquum cum ſimplicem rei eſſentiam petat, defini tione delucidabitur.* Duo *igitur prima inſtrumenta poni de bent, definitio, & ſyllogiſmus.* Q*uod ſiqua alia reperiri vi deantur, illa ueluti primariis ſeruientia affirmabimus.* Et *quo niam uniuſcuiuſq́ facultatis unum eſt ampliſſimum ſubie ctum quod attributionis appellãt, cuius gratia cætera in ea fa cultate conſiderantur, & a quo ipſa ſuam conſequitur vni tatem, fieriq́ non poſſit ut in logica id ſtatuatur ſyllogiſmus, cum plurima definitione cognoſcantur, multoq́ minus defini tio, cum multa ipſis ſyllogiſmis aut omnino ſciamus, aut ſal tim opinemur.* Erit *igitur conueniens aliquod utriſq́ his in*

uo primaria logicæ ſtrumenta.

ſtrumentis

ſtrumentis commune ſtatuere ſubiectum, quod modus cognoſcendi non ſciendi appellari poteſt. Et ſi quiſpiam obiiciat ipſum non definiri, proinde ſubiectum in ea eſſe non poſſe. Reſpondes falſo id colligi. Neque neceſſe eſſe ſubiectum ſemper definiri, ſed illius ſpecies, eoq; magis ſi ex eorum numero fuerit quæ æquiuoca dicuntur ad unum, cuius ſcientia haberi non poteſt niſi ſuorum gratia ſignificatorum, & precipue potioris. Ex his ipſius logicæ definitionem deducis, videlicet eſſe artem quæ orationem qua ignota vel opinando vel ſciendo cōſequi poterimus doceat principaliter conſtituere, ac conſtitutam iudicare, cuius definitionis occaſione antiquam renouas controuerſiam, ꝙ ſcilicet logica ſcientia nō ſit, niſi ampliter ſcientiæ vocabulo uti placeat, cuius rei cauſam affers ꝙ manifeſte doceat operari, hinc differentiam ſatis patere affirmas inter logicam & dialecticam, cum hæc facultas ſit perſpiciendi probabile circa vnamquamq; rem, ea ratione quod communes illos locos teneat qui non magis ad logicam facultatem quam ad cæteras pertineant, illa uero ſit ars & reliqua quæ ſupra rettulimus. Pro qua re multa etiam ſcribis, quæ cum ad cauſam facere non videantur repetere ſuperuacaneum duxi. Hæc ſunt Antoni Mirandulane quæ mihi in exordio commentarioli tui dicere videris, quorum monſtrabo ꝙ̄plurima nec peripatetica eſſe nec vera. Et primum id quod vniuerſæ deceptionis tuæ ſumma cauſa eſſe videtur, duo eſſe ipſius logicæ facultatis æque ſumma inſtrumenta definitionem ſcili-

Subiectum logicæ [mo]dus cognoſcendi.

Definitio. Logicæ.

Differentia inter lo[gi]cam & Dialecti. ac [ip]ſius Dialecticæ. Definitio.

cet & ſyllogiſmum. Eſt.n. hoc falſum, cum duntaxat ſit ſyllogiſmus, aut vt quidam doctisſimi uiri ſenſere argumentatio. At definitio tametſi non ut conuerſio, ac multa alia inſtrumenta quibus priuatim logica facultas utitur ſyllogiſmo deſeruire videatur. Si tamen rem profundiuus inſpiciamus, videbimus & ipſam ſyllogiſmi aut argumentationis gratia fuiſſe adinuentam, leges ipſas, præcepta, apparatum deniq; omnem, quem tum in Topicis, tum in Poſterioribus analyticis ad certam ipſius formationem nobis tradidit Ariſtoteles in ipſum ſyllogiſmum ut in poſtremum inſtrumentum reduci oportere. Quod tibi his rationibus haud dubie (vt arbitror) demonſtrabo.

Caput ſecundum in quo hæc poſitio variis argumentis falſa demonſtratur.

Prima ratio.

PRimum ſi ea quæ ſunt artis aut naturæ opera ſpectabimus liquido conſtabit ſimplicia incomplexaq; omnia quæ compoſitum complexumq; aliquod efficere poſſunt in illius tandem compoſituram parari ac ordinari. Quatuor.n. ſimplicia corpora tametſi per ſe bona ſint, et ipſius vniuerſi ornatum faciant, tamen in mixta corpora in homœomera primum, & hæc in anhomœomera referri, & veluti horum gratia in rerum natura exiſtere quis eſt qui dubitet? Ac propterea ab antiquioribus elementa appellata? pariter literas in

ſyllabas referimus, & has in dictiones, quæ in oratione parantur, & orationum unam ueluti certã in aliam quæ incerta eſt ordinamus. Quod cum ita ſit & dictorum ſimplicium cognitio ad ea compoſita quæ conſtituunt vt cognoſcantur neceſſaria videbitur. Ita.n. nos docet philoſophus ſecundo primæ philoſophiæ. Quæ.n. ut ſint res principia ſunt, eadem ut cognoſcantur principia erunt, et in poſterioribus analyticis admonet ab his cauſis rei ſcientiam nos quærere, quæ eſſentiam conſtituunt. Quod etiã clariſſime dixit in prologo primi libelli auſcultationis phyſicæ, dum ab omnibus quatuor cauſis ſcientiam proficiſci aſſeruit. Quare dictorum ſimplicium inſtrumentum quod nos ea cognoſcere facit, in illud etiam referetur, in quod dicta ſimplicia referuntur, huiuſmodi deſinitio aſſeritur, igitur & ipſa compoſitis ut ſcilicet cognoſcantur quodammodo fauere dicetur. Cum igitur Argumentatio aut ſyllogiſmus inſtrumentum ſit quo cõplexum aliquod nobis ignotum ex complexo iam noto colligat atq; deducat, ſequitur definitionem in argumentationem reduci, conſecutio hæc ex eo manifeſta eſſe poteſt, ꝗ inſtrumenta eo modo ſe reſpicere videntur, vti ea quorum ſunt inſtrumenta, at cum definitio ſimplicia manifeſtet quæ in compoſita referri diximus, & argumentatio cõplexum ex complexo deducat, ſequitur proculdubio quod volumus. Capite ſecundo. Con. 2.

Ad hæc primam intellectus poſſibilis operationem ipſius na Secunda ratio.

turæ ordine in ſecundam ipſius operationem, & hanc in
Con. 15. poſtremam referri docuit Ariſtoteles tertio libello de ani
ma, tametſi de poſtrema clare eo in loco non meminerit,
ꝙ priores duæ (ut Auerrois dixit) erant antiquis celebrio
res. Igitur & inſtrumentum quo utitur prima vt defini-
tio. Inſtrumento deſeruiet quo utitur tertia quod aſſeri-
tur argumentatio.

[Co]nfirmatio. Adde quod tu nomina & uerba prima ſimplicia in logica fa
cultate arbitraris, quæ & enunciationis gratia proculdu
bio conſiderantur, & enunciationes gratia ſyllogiſmo-
rum, ſed cum definitio dictorum ſimplicium ſit inſtrumen
tum, ſequitur & ipſam ſyllogiſmi gratia conſiderari.

[R]atio tertia. Præterea ſi definitio æque primum inſtrumentum eſſet vt
ſyllogiſmus, ſequeretur quod in aliqua parte ſuæ logices
de ea ſui non alterius gratia ſermonem feciſſet Ariſtote-
les, ſed in nulla parte hoc intuemur. Nam ſexto libello
Topicorum in quo de definitione tractat, non alia ratione
negotium id ſumpſiſſe videmus quam ut ab ea locos colli
gat quibus argumenta ſumere poſſimus. Vt dialecticos
ſyllogiſmos conficiamus.

[C]onfirmatio. Adde quod in vniuerſo illo volumine Topicorum prima in-
tentione ſyllogizandi ex probabilibus facultatem ſe datu
rum pollicetur, & propterea ſyllogiſmum dialecticum
quærere, ut eius opera de quolibet problemate ex probabi
libus ſiue opponentes ſiue reſpondentes fuerimus diſſere-

re poſſimus. Non igitur illi præcipua cura fuit definitio-
nis regulam inuenire.

Neq; ꝙ id ſecundo libello Poſteriorum analyticorum effecerit Confirmatio.
dicere potes. Nam ſiue primum ſiue ſecundum libellum
accipias, de demonſtratione ueluti de primario inſtrumen
to agere reperies. Hoc philoſophus aperuit in initio pri- Capite primo.
mi priorum dum dixit omnis noſtra intentio eſt circa de-
monſtrationem & de ſcientia demonſtratiua. Et paulo
inferius alio capite dixit. Dicendum nobis eſt primum Capite quarto.
de ſyllogiſmo poſtea de demonſtratione, nullum quidem
de definitione quam tu aſſeris adeo primum inſtrumen-
tum, verbum faciendo. Si igitur ex his locis demonſtratio
finis ſtatuatur, de ea proximo uolumine ut primario ſubie
cto primitusq; intento fuiſſe pertractatum luce clarius
exiſtit, & de definitione gratia demonſtrationis. Ha-
bent.n. in facultatibus relatum & cætera ad id quod pri
mæ atq; potiſſimæ conſiderationis ponitur.

Adde ꝙ in principio ſecundi poſteriorum Ariſtoteles cum Ratio quarta.
numeraſſet quæſita illa quatuor quæ rettulimus, atq; om-
nem quæſtionem medium aliquod petere quod illarū ſcien
tiam pariat oſtendiſſet, mediumq; in demonſtratione defi-
nitionem eſſe ſiue ſubiecti ſiue affectionis fuerit, ſequi
talem doctrinam uidebatur ut de definitione diſſereret, ea
tamen lege vt ipſa poſtmodum medii rationem ſubiens,
præcipuam demonſtrationi uim daret.

tio quinta
ite ſeptimo.

Adde quod etiam clariſſime docuit primo eorundem poſteriorum libro. Nonne definitionem demonſtrationi vſq adeo conferre, atq illi ita intimam eſſe aſſeruit, ut dixerit eam aut demonſtrationis principium eſſe, aut eiuſdem cōcluſionem quandam, aut profectò integram demonſtrationem ſolo terminorum ſitu ab ea diſtantem? Hunc locum obſecro te mi Antoni grauius conſideres, quo pacto clarius Ariſtoteles, quem tibi ſolum præceptorem facis, rem hanc aperire poterat, ut ſcilicet definitionis ſtructuram ipſiusq intelligentiam in demonſtrationem ipſam referre oporteret.

tio. 6.

Adde quòd libri intenſio libri inſcriptioni reſpondere debet. At neq primus neq ſecundus libellus poſteriorum reſolutionum inſcriptus eſt de definitione. Igitur ipſa primo intenta dici non poteſt.

tio. 7.
pite. 28.

Præterea Ariſtoteles primo priorum reſolutionum, cùm iam de ſyllogiſmorum geniturìs perfecte diſſeruiſſet, ad eandem inquit ſpectare facultatem generationes aliquorum ſcire, & gignendi tenorem illorum poſſidere, propterea non ſat ſibi ipſe feciſſe arbitratus eſt, ſyllogiſmorum omnium formationes tum bonas tum prauas ad inueniſſe, ni de mediorum inuentione quibus ſyllogiſmos ipſos facilius aſtrueremus præcepta ac regulas daret. Pariter dicendum nobis eſt cum demonſtrationis facturam in primo libro mōſtraſſet, ob eandem rationem conueniens erat ut

de ipſius

de ipſius medio quod definitio eſt uerba faceret, quod pro-
culdubio in libello ſecundo præſtare viſus eſt.

A dde ꝙ in eodem ſecundo libello reſolutionū poſteriorum, de definitione per accidens, & non ut definitio eſt, ſed ut illi medium eſſe contingit philoſophus tractare uidetur, vt etiam tu ueritate coactus, in commētariolo fateris. Non ergo prima intentione, & ut primarium inſtrumentum, eo in loco conſiderari poteſt. Ratio. 8.

P ræterea ſubiicio mihi unum, videlicet totum uniuerſale, et partes ſui ſubiectiuas eo differre, ꝙ totum differentia aliqua ſiue eſſentiali ſiue accidentaria a dictis partibus contrahatur, quod inductione notum omnibus eſſe pōt. Tunc vniuerſam logicam ex vno accipio, ut etiam dialecticam includit; & partes ſui ſubiectiuas ex altero, videlicet eam partem qua docemur ſyllogiſmorum formulas quæ inſcribitur liber priorum reſolutionum, cuius libri ſubiectum ex Ariſtotelis ſententia eo in loco eſt ſyllogiſmus ſimpliciter ſiue ſecūdum formam ſumptus. Et eam in qua ſermo eſt de demonſtratione. Et eam in qua ſyllogiſmum dialecticum quærit. Et eam in qua tractatio eſt de ſyllogiſmo ſophiſtico. Prætereo hic illam partem in qua de enunciatione tractatur, cum nemini dubio vertatur, in ea de definitione non agi, illiuſq; doctrinam in cæterarum partium doctrinam referri. His ſubiectis ſic argumentor. In partibus his omnibus ſermo exiſtit de ſyllogiſmis Ratio. 9.

ſpecialibus, & iam contractis, hoc ex Ariſtotelis libris ſine controuerſia habere poſſumus. Primo .n. Priorum libro de ſyllogiſmo ſcilicet ſecundum eius formam, ut ex progreſſu ſuo conſtat, ſe tractaturum fatetur, et poſtea de demonſtratione. Et primo capite primi Topicorum numerat quatuor ſyllogiſmi ſpecies, & ſyllogiſmum dialecticum in eo negotio ſibi quærendum ſtatuit. Et in principio primi Elenchorum fatetur ſe de ſophiſticis ſyllogiſmis diſſerturũ. Igitur ſi in his partibus de ſyllogiſmis ſic contractis, ut de ſubiectis primariis, & adæquatis ſermonẽ habet Ariſtoteles, ſequi id oportet, ut in logica ipſa abſolutiſſime sumpta, ſyllogiſmus non partiarius, ſed qui simplex communis atq; abſolutus appellatur, ueluti ſubiectum primum & quod attributionis appellant ſtatuatur, conſecutio hæc a noſtra ſubiectione, quam indubitatã poſuimus ita euenit, vt ſanæ menti dubitandi locus non amplius relinquatur. Quibus, duo aduerſus ſententiam tuam colligo, primum ꝙ in nulla parte logices philoſophus de definitione ut de præcipuo ſubiecto diſſeruit. Alterum quòd in vniuerſa logica ſtatuere non potes illum quem fingis cognoſcendi modum, ſed ſyllogiſmum (ut verius puto) aut ſi malueris argumentationem.

te primo.

¶

Caput. III. In quo ponuntur nõnullæ obiectiones quæ prædictæ poſitioni fauere videntur & diſſoluuntur.

NEq; tibi præſidio foret ſi hæc aduerſus obiiceres. Primum defintionem, cum bonum ſit & appetibilis rationem habeat, ſui gratia in logica quæri, & non ut ſyllogiſmo aut demonſtrationi deſeruit. Obiectio. Prima.

Rurſus ignoramus quid ſit homo, quid aſellus, quid planta, definitione hæc explicantur, fieriq; poteſt vt intellectus non vltra quærat, igitur ipſa ſuapte natura vtilis. Secunda.

Ad hæc verba philoſophi ſecundo capite primi libelli Poſteriorum reſolutionum id clariſſime monſtrare videntur. Cum enim eo in loco philoſophus ipſum ſcire quod potiſſima demonſtratio præſtat definiſſet, ſubdidit, de altero ſciendi modo ſiquis fuerit, illum innuens quem definitio præſtat poſterius ſe dicturum, quod exequitur ſecundo libello poſteriorum, cum igitur duorum ſciendi modorum in eo volumine doctrinam ſe daturum affirmet & alterum in priori eius parte abſoluerit, erat reliquum vt alterum ſequenti parte monſtraret. Eſt ergo definitio primũ quoddam inſtrumentum propriis operibus deſtinatum, et non gratia demonſtrationis dumtaxat intentum. Tertia.

Id etiam tibi ſuppetias afferre videbitur, q cum nos ſyllogiſmum ſimpliciter ſubiectum in logica ſtatuerimus, & tamen ex Ariſtotelis placito quod citauimus, omnia quæ in Quarta.

ea pertractantur demonſtrationis commodo aſſeruimus pertractari. Si igitur huiuſmodi relatus ſubiecti rationem non perimit, cur etiam in tua cauſa non liceat definitionem demonſtrationis cauſa quæri, et tamen æque præcipuum & fortaſſe præſtantius cum ſyllogiſmo inſtrumentum arbitrari?

Sed his omnibus hunc modum reſpondemus. Primæ .n. rationis tuæ aſſumptionem admittimus, ſed quod ex ea deducis prorſus negamus. Licet .n. defintio bonum quoddam ſit, & appetibilis rationem habeat, nihilo ſecius logicus eam conſiderat non ea dumtaxat ratione ut ſimplicia explicat, verum ut utriqꝫ ſyllogiſmo neceſſariam vim præſtat. Dialectico ſyllogiſmo, quatenus ab ea locos excerpimus a quibus argumenta plurima paramus, & demonſtrationi, tum ut medii conditionem ſubit, tum quoniam ut ex Ariſtotele rettulimus, & interdum concluſio, nonnunquam principium demonſtrationis exiſtit, aut tota demonſtratio, ab ea ſola terminorum poſitione diuerſa.

Pariter et ſecundæ obiectionis tuæ aſſumptionem concedimus, & quod tibi ex ea ſequi videtur negamus. Licet .n. mens noſtra voluntatis imperio ſimplicibus appræhenſis hiſqꝫ summe intellectis vacare ociariqꝫ poſſit, neqꝫ secunda eius actione illa adinuicem connectere, ſunt tamen ipſa propria natura copulationi parata, atqꝫ ob id intellectum ea appræhendiſſe vt complexa ex eis formaret, et

poſtremo è complexo notiori in ignotius iret, hocq; præci pue ad logicam pertinere iam plurimis rationibus monſtrauimus, & inferius luce clarius oſtendemus.

Quod tertio loco obiicis, ex praua Ariſtotelis intelligẽtia difficultatem parere videtur. Non. n. eo in loco per alium sciendi modum, notionem quam definitio præſtat intellexit. Non. n. hic ſenſus prioribus ac ſequentibus contextibus bene reſpondet. Nam cum scire definiiſſet, idq; per priora quædam & notiora, cauſasq; concluſionis gigni, aſſeruiſſet, nequis ob id in eam ſententiam veniret, ut omne scire tale eſſe arbitraretur, ac obinde in eam foueam caderet, in quam ex antiquioribus quidam cecidere, qui cũ omne scire per cauſam haberi putaſſent, ipſum funditus ſuſtulerunt. Propterea diligentiſſimus philoſophus eo in loco ſummonere nos voluit, non omne scire huiuſmodi fore, sed ſi alius fuerit poſterius ſe dicturũ pollicetur innuẽs illum locum, quo paulo inferius illorum antiquorum hallucinationes aperiens, notitiam principiorum exactisſimam scientiam conceſſit, immo ipſa scientia inſigniorem, & tamen per priora aut per cauſas non proficiſci, sed solo ipſius agentis intellectus lumine ipſi intellectui poſſibili demandari. Tertiæ

Neq; id ſubſiſtit, quod in nos poſtremo loco retorquere videris. Concedimus. n. tibi demonſtrationem in logica subiectum eſſe vltimum, ac omnium præſtantiſſimum. Sed Quartæ

non tale quale tu quæris, quod iuniores appellant adæquatum & attributionis, cum non omnia quæ in ipſa logica tractantur, eo modo illam reſpiciant, quo ſolent ſpecies genera aut partes ſubiectiuæ totum ſuum vniuerſale reſpicere. Hinc et illud diluitur, quod poſtremo ſubnectis, uidelicet ſi demonſtratio ſubiectũ amplum poni non põt, multoq; minus dialecticus ſyllogiſmus, ſed ambobus commune quoddam quod ſyllogiſmum ſimplicem ſiue abſolutum appellamus, & tamen in confeſſo eſt horum alterum vt dialecticum in demonſtrationem referri. Cur tibi etiam non liceat, modum cognoſcendi ſubiectum ponere, definitioni ac ſyllogiſmo commune quoddam, tametſi definitio in vtroſq; ſyllogiſmos relatum habeat? Hoc.n.mi Antoni recte dicere non potes, neq; ſi rem intimius perpendas, parem in vtriſq; rationem inuenies. Iam.n.abunde monſtrauimus quanta neceſſitate vtriſq; ſyllogiſmis definitio ſeruiat, & quo pacto ipſius demonſtrationis præcipua pars exiſtat. Quamobrem primarii inſtrumenti ſedem tenere non poſſit. At de ſyllogiſmo dialectico longe diuerſa ratio exiſtit. Licet.n. ipſe demonſtratione perfectionis acceſſu inferior ſit, non tamen ob id dicere poſſumus non eſſe primarium inſtrumentum, & ſeorſum ab Ariſtotele intentum. Habes ex omnium conſenſu duas eſſe logicæ partes, alteram demonſtratiuam, alteram dialecticam, illam reſolutiuam ac iudiciariam, hanc inuen

tiuam. Vide quo pacto veluti priuato quodam negocio in Topicis ſyllogiſmum dialecticum ſe inuenturum promittit, & ſyllogiZandi ex probabilibus facultatem daturū. Vide quo pacto primo primi libelli capite omnes ſyllogiſmi ſpecies aut partes enumerat, quarum quæq; determinatæ logicæ parti veluti æquatum ſubiectum philoſophus ſtatuit. Vide quo pacto vtrorumq; ſyllogiſmorum materiæ ad inuicem uariæ ſint, probabiles hæ, veriſimiles, fere ſemper inconſtantes, at illæ veræ ſemper, & neceſſariæ. Vide quo pacto cum in librorum suorum initiis ſubiectum veluti primæ atq; præcipuæ rei pertractandæ ſcopum philoſophus ſibi proponat, de definitione in eis ne verbum quidem vnquam fecerit. Quãobrem ſimilibus nõ afficimur anguſtiis quibus tu & agi et exagitari videris.

Caput. IIII. In quo monſtratur de fine, de ſubiecto, de definitione ipſius logicæ in exordio falſa ſenſiſſe.

His itaq; ſic intellectis ac firmatis puto eſſe impendio facile monſtrare quantum in aliis aberraueris. Credis enim poſtremum logicæ finem eſſe conſtituere modum cognoſcendi. Hoc.n.eſt falſum ſed eius finis eſt verum a falſo diuidere. De fine.n.gratia cuius loquor, non de fine qui in alium ordinatur. Qui eſſet conſtituere modum cognoſcendi, videlicet ſyllogiſmum ſimpliciter ſumptum.

Quod falſum ſenſerit de fine.

Hoc in loco uerum latius ſumimus, pro vero aut veriſimi li, & pariter falſum pro falſo aut falſo ſimili ut vtriq; ſyllogiſmo dialectico ſcilicet & demonſtratiuo ſatisfaciamus. Quod cum ex dictis abunde patuerit, in eius demonſtratione non amplius immorabor.

ubiectum æqua gices.

Illud etiã ex dictis liquido conſtare videtur logicæ facultatis non eſſe accommodatum ſubiectum modum cognoſcendi, ſed ſyllogiſmum abſolutiſſime ſumptum, neq; tibi alia ratio quærenda eſt quæ conſiderandi modum limitet atq; ſpecificet præter hanc ſyllogiſmus ut ſyllogiſmus. Et licet ſciam me multis ex Ariſtotelis familia clariſſimis hac in re aduerſari, ut diuo Thomæ qui ens rationis poſuit, & illis qui argumentationem putauerunt, huius tamen opinionis eſſe volui, q; eam Ariſtotelis doctrinæ (vt monſtraui) magis conſentaneam credidi, ſat nobis fore putantes ſi poſitionem hanc tuam de modo cognoſcendi falſam eſſe moſtraremus.

e definitio es

Ex dictis etiam euenit nõ eſſe logicæ definitionem quam tu tot verbis contexuiſti, videlicet eſſe Artem quæ oratioñe qua ignota vel opinando vel ſciendo doceat principaliter conſtituere, niſi tu per ſcientiam non eam notionem quam præſtat definitio intelligas, ſed eam quam gignit demonſtratio, quod certe ſic intelligere non potes, cum is ſenſus tuis dictis non reſpondeat. Erit ergo definitio talis. Logica eſt ars qua verum a falſo ſecernimus. Sic.n. per poſtremum

ſtremum eius finem quem gratia cuius appellauimus, definita videtur, aut accipe aliam definitioni tuæ viciniorem. Logica eſt ars qua ſyllogiſmum conſtruere docemur, quo verum a falſo ſecernimus. Hæc.n. utrūq; finem complectitur, quo ſcilicet, et gratia cuius. Neq; tecum ſentio dum artem eam appello, quaſi a ſcientiarum conſortio eā explodam. Intelligo.n. artem quæ ſcientiæ nomen etiam ſecum admittit. Non.n. ignoras ſi latiuſcule artem accipias multa & artis & ſcientiæ nomen ſortiri, ſed nolo tecum in hac controuerſia modo digladiari, an ſcilicet logica ſit ſcientia, patere me in aliud tempus hanc diſputationem reiicere, cum longe maior concertatio nobis immineat. Illud tantum non prætaeribo, quod tu pro cauſa affers, cur ſcilicet ſcientia non ſit, quia doceat operari.

Logica & ars & ſciētia appellari poteſt.

Quid.n. hoc falſius eſſe poteſt? Nec poſſum nō admirari cur hunc in errorem veneris, ꝙ ſæpe ſæpius Ariſtotelem legiſſe te ſcio & tertio libello de anima, & ſexto primæ philoſophiæ, ſexto etiam Ethicorum aſſerentem non omnem operationem tum mentis aut intellectus eſſe, tum appetitus aut voluntatis, ſed quandam huius, quandam illius, neq; omnem vtriuſq; potentiæ actum, operationem quam græci πρᾶξιν appellant eſſe voluiſſe, a qua veluti a fine artes practicæ dicūtur. Vocabulum.n. πρᾶξις exteriorem quandam operationem factionem ſeu exactionem ſignificat ἀπὸ τοῦ πράττειν quod eſt facere.

Quod logica non ſit practica.

Quid ſit praxis.

ſit praxis.

ut ſit πρᾶξις

Vnde firma concordia πρᾶξιν a maxime inſignibus uiris definitam legimus eſſe actum alterius potentiæ ab intellectu, intellectione (vt eorum verbis utar) naturaliter poſteriore, aptum natum conformiter eligi dictamini rectæ rationis, & licet in maximo ſint diſſidio, an notitia practica ab obiecto vel a fine denominationem accipiat, in adducta tamen definitione (ut diximus) vnanimiter cōuenere. Si igitur taliter ſtatuatur πρᾶξις, eris ne Ariſtotelis adeo immemor Antoni Mirandulane vt logicæ facultatis finem factionem, exactionem, πρᾶξιν eſſe fatearis? quæſo placide videamus quæ ſunt iſta quæ huiuſmodi facultas docet operari. Ex his quæ tu putas definire erit et ſyllogizare. An iſti actus ſiue operationes dicantur ſunt πρᾶξεις? ſunt ne voluntatis officiationes? nonne ipſius mentis hæ ſunt actiones? licet vt ex tertio libello de anima iam notauimus, non uno eodemq́ intellectus actu prodeant. Propterea non minus ſanctiſſimus q̃ doctiſſimus Thomas Aquinas eam ſimpliciter ſcientiam appellauit, licet neſcio quam figuram cum arte tenere aſſeruerit. Hoc etiam tibi pluribus citatis Ariſtotelis locis demonſtrare potuiſſem, ſed in re tam confeſſa putaui me feciſſe ſatis ſi his te pauculis hoc in loco ſummonuiſſem.

Caput.V.Quo monſtratur quomodo dialectica a logica differat.

SVpereſt ut uideamus quo logica a dialectica differat: Hoc.n.quarto loco exordii tui monſtrandum propoſueras. Logica igitur quid ſit iam ex dictis patuit, quid vero ſit dialectica tu ſic definis. Eſt ars perſpiciendi probabile circa vnamquamq; rem. Cui tam etſi non contradicam, miror tamen cur ipſius Ariſtotelis uerbis proximius eã non definieris. Sic.n.ipſe primo capite primi Topicorum ſcripſit.

Propoſitum eſt methodũ inuenire qua poſſimus ex probabilibus de quolibet problemate ex probabilibus ſyllogizare. Potuiſſes etiam ex his quæ ſecundo capite eiuſdem primi aſſeruit definire. Dialectica eſt facultas ipſius probabilis inquiſitiua ad omnium methodorum principia viam habens. Neq; satis ad rationem illius doctiſſimi viri definitionem reiicis, qui eam ſic definit. Dialectica eſt ars artium, ſcientia ſcientiarum ad omnium methodorum principia viam habens. Cuius pluſquam dimidium ab Ariſtotele in annotato loco accepit. Sic.n. inquit Ariſtoteles. Nam cum ſit inquiſitiua ad omnium methodorum principia viam habet, altera verò pars, non ſic a veritate (vt putas) aliena videtur. Eſt.n.ars atq; ſcientia, latius artis nomine accepto, verum de docente non vtente dialectica hoc

Definitio dialecticæ.

Defenſio cuiuſdam Defin. dialecticæ.

intelligas.Habet.n.proprium ſubiectum cuius per ſe paſ
ſiones conſiderat.Dici etiam poteſt ars artium ac ſcientia
rum ſcientia,quod tibi ex Ariſtotele facile monſtrabo ſi
in mentem recolas quæ ſeptimo capite primi reſolutionum
poſteriorum ſcripſit.Cum.n.iam monſtraſſet propria
ſcientiarum principia a ſuis artificibus demonſtrari non
poſſe,aſſeruit ad primum philoſophum hoc pertinere,qui
omnibus indubitata principia atq; proloquia ſibi ſubiicit,
quorum claritate cæteris principiis cuiq; facultati accom-
modatis fauere prodeſſeq; poteſt.Hinc illorum ſcientia
quæ prima philoſophia dicitur,aliarum ſcientiarum prin
cipem eſſe voluit,quod ſi ita eſt quid incommodi nos ſe-
qui poteſt ſi primam philoſophiã ſic nominemus, aut eſſe
deſcribamus.Artem artium atq; ſcientiam ſcientiarum, et
Con.5. reliqua?Recole etiã quod quarto metaphyſicæ dixit.Cir
ca idem uerſari Dialecticũ atq; diuinum,omitto hic ſophi
ſticum. Vterq; ergo artifex ad omnium particularium
ſcientiarum principia acceſſum habebit.Verum alter vt
Dialecticus infirmius atq; debilius,cum probabilibus vta-
tur argumentis,at alter præſtantius ac efficacius, ꝙ cla-
riſſima(vt diximus)principia teneat.Quid igitur prohi-
bet tametſi diſpari ratione Dialecticam quoq; artem ar-
tium atq; ſcientiam ſcientiarum appellare? Verum hæc
miſſa faciamus,tueantur alii quæ ſua ſunt.Hæc ſcripſi ut
videres eſſe locum defenſioni doctiſſimi hominis cui tu

Differentia logicæ a dialectica ſecundum propriam opinionem.

tam libere contradicis. Modo ad logicam redeamus quæ a Dialectica ita differt uti uniuerſale totum a ſua parte. Eſt enim logica communis quædam facultas Dialecticæ atque demonſtratiuæ, cuius finis (ut diximus) eſt verum a falſo diſcernere, eo modo verum ac falſum intelligentes quo ſupra monſtrauimus, ſubiectum habet ſyllogiſmum ampliſſime ſumptum, & vt ab omnibus ſui ſpeciebus abſtrabit. Et ſi de modo cognoſcendi ſententiam mutare velis, pone ens rationis, pone argumentationem eam ſex uoluminibus notiſſimis, dinumerato tamen prædicamentorum libro, cui tu quaſi Ariſtotelis altenigena non conſentis admirabili quodam ſtudio ac diuino pœnè ſeruato ordine, edocuit nos Ariſtot. primarias partes habet duas Demõſtratiuam ac Dialecticam, quarũ altera cũ neceſſariis, veris, propriis, & reliquis ſuo loco poſitis innitatur, inſignem notitiam parit quæ ſcientia dicitur. Reliqua ut Dialectica cum ex contingentibus, veriſimilibus, atque communibus concluſiones colligat, opinionem aggenerat. Illud vero an a λόγος (ut tu putas) quod eſt oratio, vel potius ἀπὸ τοῦ λογίζεσθαι, quod eſt ratiocinari ſiue, cogitare oriunda ſit in proximi tractatus calce demonſtrabimus.

TRACTATVS SECVNDVS QVO *multa ad mentem Ariſto. formantur quibus aduerſariæ rationes diſſoluentur.*

Caput primum.

DEmonſtraturus librum prædicamentorum ad rem logicam non metaphyſicam pertinere, ut commodius id aſſequar, & argumentationibus tuis expeditius reſpondeam, volo nonnulla Peripateticæ diſciplinæ & veritati ipſi conſona mihi ſubiicere, a quibus etiam plurima conabor deducere, quæ rem hanc quam tu ſolus in controuerſia poſuiſti compoſitis non pertinacibus animis claram efficient.

ppoſitio prima. Primum eſt omnes Ariſtotelis libros ſiue ad phyſicam ſiue ad logicam facultatem pertineant mirabili doctrinæ ordine adinuicem fuiſſe connexos. Quamobrem videmus librum priorum reſolutionum libro de demonſtratione ac libro Topicorum fuiſſe præpoſitum quoniã horũ librorũ doctrina illam neceſſario ſupponere videbatur. Pariter & cum quæ tractata ſunt libro priorum ignorata enunciationis natura qualitate ac quantitate, cognoſci non potuiſſent, librum de enunciatione qui περὶ ἑρμηνείας inſcribitur præmiſit. Pari igitur ratione dicendum eſt cum enunciatio ipſa ſuas teneat partes, prædicatum ſcilicet atq;

ſubiectum, quorum pertractatio logicam conſiderationem non ſolum non fugit uerum illi ſumme neceſſaria eſſe videtur. De prædicatis atq; ſubiectis, et de eorundem prædicandi modis quorum difficilis admodum conſideratio exiſtit, Ariſtotelem ſeorſum ſeruato aliquo ſciendi modo pertractare oportuiſſe. Et cum videamus in his quæ ante prædicamenta dicuntur, ac per uniuerſum prædicamentorum libellum ab eo talia præſtita fuiſſe, ſequi oportet doctrinam libri prædicamentorum eſſe partem logicæ facultatis. Quod primo loco ſuppoſui notiſſimum eſt, & quod ex eo deduxi, ſolum explicatione egere videtur. An de prædicatis ac subiectis, & modis prædicandi ac subiiciendi in ante prædicamentis atq; prædicamentis ſermonem fecerit Ariſtoteles. Verum id clariſſimum quoq; fiet ſi Ariſtotelis animum, ac dictorum ſuorum progreſſum acceperimus. Prius tamen monſtrabo ex vnica Ariſtotelis clara ſententia prædicatum atq; ſubiectum intimas eſſe partes enunciationis.

Capite primo.

Primo enim priorum aſſeruit terminum eſſe partem propoſitionis ſiue enunciationis quod pro eodem nunc recipio, terminus autem prædicatum eſt & ſubiectum. Sic enim ipſe inquit. Terminum voco prædicatum, & de quo prædicatur. Sed ad id redeo quod monſtrare propoſui, & primam mihi argumentationem ſuggerunt tres illæ deſcriptiones æquiuocorum ſcilicet, vniuocorum, ac

Ex his quæ in anteprædicamentis ſcribuntur, multæ colliguntur rationes.

denominatiuorum in principio illius libelli poſitæ. Cum enim omnium prædicatorum natura, uel æquiuoca, uel uniuoca, vel denominatiua foret, propterea Ariſtoteles primo loco huiuſmodi deſcriptiones poſuit. Sed hoc nos ita factum intelligere oportet, ut æquiuoca quæ vere ac pure talia ſunt cum enunciationem perimant, magis fuiſſe deſcripta vt ea docti euitemus, quàm ut in uſum ponamus. Vniuoca verò exactiſſima ac summe propria sunt prædicata, cum in unoquoque prædicamento (ut docet Ariſtoteles) quædam inuenias quæ ampliora ac uniuerſaliora sūt, quædam illis inferiora, aut saltem in lateribus poſita, talia docet de inferioribus prædicari, quæ prædicatio non solū neceſſaria uerum intima ac eſſentialis appellatur, et quoniam non solum quæ eiuſdem generis sunt, ea ratione quā diximus prædicantur, verum & quæ unius generis aut prædicamenti ſunt multotiens ſi concrete sumantur, de subiectis aliorum generum aut prædicamentorum vere prædicabuntur, hanc prædicationem Ariſtoteles appellauit denominatiuam. His ergo tribus deſcriptionibus uniuerſum prædicandi modum in uniuerſali docere eo in loco nos voluit Ariſtoteles. Primā ut euitaremus, reliquas vt congruas cognoſceremus. Si igitur ita ſe habet, ergo de prædicandi modis, quod oſtendere animus erat in prædicto libello Ariſtoteles tractare uiſus eſt. Idem nobis afferent argumentum quatuor illa quæ Ariſtoteles in antepræd-

Secunda ratio.

prædicamentis

prædicamẽtis poſt prædictas deſcriptiones tanquam ſubiectiones quaſdam poſuit, vt prædicamenta ipſa conſtitueret, quæ non ſunt aliud ꝙ prædicatorum ac ſubiectorũ eiuſdem ordinis ſeries ac diſpoſitiones quædam, propterea primo ſeiunxit quæ in prædicamentis non ponuntur, vt complexas uoces ab incomplexis, & ſolis exemplis hac in re cõtẽtus fuit. Complexa ſunt, homo currit, uiuit. Incomplexa ut homo, bos, currit, vincit. Dixit autem Ariſtoteles Eorumquæ dicuntur ideſt quæ nominantur.

Poſtea res ipſas omnes ut ab intellectu noſtro appræhenſas & uocibus ſignificatas in quatuor reduxit modos ut in ſubſtantiam uniuerſalem aut particularem, in accidens vniuerſale ac particulare. Et ex hoc clare nobis patere poteſt non res ipſas abſolute & in propria natura hoc in libello conſideraſſe. Metaphyſici namq; hoc munus eſſet, sed in ordine ad intellectum, ut vocibus ſignificantur. Non. n. in re ipſa, ſubſtantia aut accidens inuenitur vniuerſale, ſed ipſius intellectus opere talia efficiuntur. Iuxta illud publicum, intellectus eſt qui facit uniuerſalitatem in rebus. Quod ut nobis oſtenderet addit Ariſtoteles, alia de ſubiecto aliquo dicuntur. Primo. n. loco dixit eorum quæ ſunt, ſecundo vero dixit alia de ſubiecto aliquo dicuntur. Dici. n. vocum proprietas eſt. His clara ipſius ſententia exiſtit, res namq; tametſi suapte natura nec ſubiiciantur aut prædicentur, vocibus tamen ipſis

Tertia ratio.

interpretũ ſen
n liber prædica-
ſit primo de voci
t ſigniſi. rerũ an
bus vt ſigniſi. vo-

vtrunq; conſequuntur, & hoc certe nobis monſtrare uoluit, dum his verbis vſus eſt. Et licet dubio vertant multi è familia Ariſtotelis inſignes, num primo hoc in libello res conſiderentur ut intentionibus secundis ſubſtant & ipſis vocibus ſignificantur, an potius voces ſiue intentiones vt rerum vicariæ ac ſignificatiuæ ſũt. Boetius Simplicius Ammonius ac egregii complures græci interpretes ſecundam partem defendunt, multi etiam ex græcis ac latinis priorem. Verum iſte locus iam a nobis expoſitus Boetio magis fauere videtur, neutra tamen opinio a concluſione hac noſtra diſſentit.

is quarta ratio ha-
oſſet.

Tertio loco docere nos voluit quid eſſet prædicari de aliquo vt de ſubiecto, & eſt inqut, quando ita de tali prædicatur, vt quicquid poſtea de ipſo prædicatur, de eodem etiã ſubiecto prædicari poſſit, quam certe prædicationem vni uocam atq; eſſentialem dumtaxat eſſe voluit. Poſſemus etiam dicere hinc prædicamenti diſpoſitionem conſtitui. Signato. n. poſtremo ſubiecto ut vltima ſpecie aut indiuiduo de eorum nempe aliquod prædicabitur, tunc quicquid de tali prædicato prædicari cõtinget, de eodem etiam ſubiecto prædicari reperies. Quæ omnia prædicata atq; ſubiecta citra ipſum commune ens hac prædicandi atq; ſubiiciendi ratione ſiue in ſubſtantia ſiue in accidentibus fuerint, prædicamentum dicuntur. Tametſi me non lateat græcos expoſitores decem illas uoces prædicamenta ap-

pellare ſolere. Vtcunq; tamen intelligamus illud certiſſimum eſſe conſtat prædicatorum gratia & modi prædicandi hanc regulam datam eſſe.

Ex his colligi poſſet. quinta ratio.

Quarto loco aliam regulam poſuit. Cum enim plura eſſent summa genera, et numero decẽ ut paulo inferius inductione monſtrauit, & quodlibet horum inferiora multa genera ſpecies ac differentias contineret, ut diſtincte atq; omni confuſione ſeducta prædicamenta formaret, duo hoc in loco dixit, & ſic duæ regulæ fortaſſe melius affirmari poſſent, quarum prima eſt uti decem ipſa summa genera inter ſe maxime diuerſa eſſe dicuntur, ita omnia alicuius primi generis genera, differentias, ac ſpecies inter ſe diuerſas ac plurimum natura diſtantes eſſe dicentur. Altera uerò regula admonemur tametſi plura ut diximus ſint ſub vno quoq; primo genere inferiora genera, differentiæ, ac ſpecies, non tamen temere aut incerte ſub eo locari, sed quod vniuerſalius eſt minus uniuerſale continere. Pariter & de differentiis quæ in lateribus exiſtunt ampliores communioreſq; uniuerſali generi reſpondentes, ſublimiorem tenere locum, & ſub eis ſituari minus vniuerſales. Quibus inquit Ariſtoteles prouenit ut ſubalternorum generum nihil prohibeat eaſdem eſſe differentias. Superiora enim de inferioribus prædicantur, quare quæcunq; fuerint prædicati differentiæ eædem erunt & ſubiecti.

E x hoc etiam loco luce clarius habemus Ariſto. non niſi de-prædicatorum ac ſubiectorum habitudine inter ſe in anteprædicamentis uerba facere, & non de rebus ipſis in propria natura conſideratis.

s poteſt formari. io.

E x his uero quæ in calce anteprædicamentorum Ariſto. dixit. Nulla tibi omnino ambiguitas hac in cauſa remanere deberet, quo nanque pacto clarius mentem tibi ſuam in tua iſta controuerſia aperire potuiſſet? Sed ad rem ipſam redeamus. Inquit. n. Philoſophus Eorum quæ ſecundum nullam complexionem dicuntur, ſingulum aut ſignificat ſubſtantiam aut quantitatem, aut qualitatem, aut ad aliquid, aut vbi, aut quando, aut ſitum, aut habere, aut facere, aut pati, quæ decem prima genera cum numeraſſet, & ſingulum horum his quæ ſenſibus ſubiacent demonſtraſſet, aſſeruit horum nullum ſeorſum ab altero acceptum affirmationem aut negationem facere. Sed horum ad ſe inuicem complexione, affirmationem ac negationem prouenire. Quod oſtendit cum horum nullum uerum aut falſum ſit, & omnis affirmatio ac negatio vera aut falſa eſſe dicatur. Duo hic aſſerit Ariſtoteles quæ opinionem hanc tuam oppugnant. Vnum diuiſionem generum prædicamentorum in hoc libello factam eſſe in decem primas voces, aut ſi malueris conceptus, decem entis primas partes ſignificantes. Inquit. n. ſingulum horum aut ſignificat ſubſtantiam, aut quantitatem, & reliqua. Res. n. ſignifi-

cantur, at uoces ſignificant. Alerum eſt, ea quæ prædicamentum conſtituunt vt hoc loco conſideratum nõ eſſe res ipſas immediate ſed uoces. Nam ea dicit eſſe in prædicamento quæ adinuicem connexa affirmationem ac negationem efficiunt. Modo nemini ambiguum eſt res ipſas enunciationem affirmatiuam aut negatiuam non efficere. Sed rerum vocabula, immo ſi ſic liceat dicere vocabulorum vocabula, aut ſecundos cõceptus, quorum talia vocabula ſunt explicatiua, vt clarius hic inferius monſtrabo. Non ergo verum eſt quod aſſeris in hoc libello conſiderari res ipſas in propria natura & non in aliud relatas.

S ecundum quod mihi ſubijcio eſt uoces res ipſas conceptuum ſiue primorum ſiue ſecundorum interuentu ſignificare, quapropter ſecum neceſſario tenere coniunctam earum intelligentiam. Conſtat.n.ex Ariſtotelis ſententia primo περὶ ἑρμηνείας voces ſigna conceptuum eſſe, & neminem latere poteſt conceptus (intelligo primos) ſimilitudines eſſe rerum quæ foris exiſtunt vel exiſtere fingimus. Quo fit id verum eſſe quod diximus, voces ipſarum rerum eſſe ſignificatiuas, atq; illud verius, dictarũ vocum conſiderationem ſignificatarum rerum intelligentiam coniunctam habere, vt doctiſſimus aſſeruit Boetius, cui tu quoniã nihil tribuis ratione hac oſtendam. Si voces in prædicamentis conſiderarentur omni prorſus neglecta Suppoſi. 2.

Voces nõ conſide. in prædicamentis cum ſe ducta ſignificatorũ intelligentia.

rerum ſignificatione, dignoſci profecto non poſſent ſi vni uerſaliores aut minus vniuerſales eſſent, ſi ſubiecti potius quàm prædicati rationem tenere deberent, quod inductione vel facile monſtrari poteſt. Iſta nanq; vox animal, & iſta vox homo ſeductis ſignificatis altera neq; ſuperior eſt neq; inferior. Neq; vna potiusq̃ altera prædicari aut ſubijci poſſet, quinimmo talis prædicatio eſſet falſa. Cum iſta vox homo non ſit iſta vox animal. Atq; hoc ipſis etiam pueris, qui logicæ vix primordia capeſſerunt vel notiſſimum eſſe poſt. Prædicantur .n. voces ſuorum gratia ſignificatorum quibus ignoratis & vocum conditiones atq; affectus ignorare neceſſe eſt. Et equidem in re tam confeſſa turpe mihi duco diutius immorari.

Suppo.3. T*ertio mihi ſubijcio Entia rationis ſiue ſecundos conceptus ſiue ſecundas intentiones ſiue ſecũdo intellecta, quæ idem ſignificant concedere nos oportere in doctrina Ariſtotelis & ſecundum veritatem. Quod oſtenſurus ſuppono doctrinam Ariſtotelis tertij libri de anima videlicet intellectum poſſibilem intelligere rerum eſſentias ac quiditates opere intellectus agentis a phantaſmatibus abſtractas quæ natura ſic intellectui poſſibili obiecta neq; ſingularis neq; materialis eſſe poteſt, cum ſit de vno ordine in alium ordinem translata. Hoc .n. notum eſt ex clara illius libri ſententia, & in nobis ipſis intelligentibus experimur. Suppono etiam non dumtaxat intellectum agentem ſed*

[...]das int ẽtiones de [...]oncedi in doctri[...] [...]iſto.

Cõ.18.19.

& poſſibilem abſtrahere poſſe, verum priorem abſtractionem eſſe a conditionibus materiæ, ſecundam vero quæ eſt ipſius intellectus poſſibilis eē quiditatis a quiditate. Intellecta.n. natura hominis poſſibilis intellectus ab ea per ſeductionem rationalitatis abſtrahere poteſt quiditatē animalis, & pari modo ab animali ſepoſita ſenſibilitate (hoc eſt ipſa non conſiderata) abſtrahet quiditatem animati corporis, & ſic vſq; ad quiditatem ſubſtantiæ. Hec.n. *ex doctrina* Ariſtotelis *tertio de anima ſunt notiſſima, & nos ipſi dum volumus experimur. Subintelligere dūtaxat debemus hos intellectus poſſibilis actus rectos a* Peripateticis *appellari, immo ab ipſo* Ariſtotele *in cōmento.* 14*.ct.* 15*.eiuſdem tertij de anima dum der eflexo actu loquitur, qui rectum neceſſario ſupponere debet, clariſſime poſiti videntur. Suppono pariter ex omni ſchola.* Peripateticorum *& ipſomet* Ariſtotele *locis iam citatis.* Intellectum *poſſibilem reflecti poſſe ſupra ſuos actus & ſeipſum intelligere qua differentia in principio tertij ipſum a ſenſu diſtinxit. Inſuper poſſe comparare vnum obiectum cognitum vno vel pluribus obiectis iam actu recto cognitis, quem actum appellauere* Iuniores *collatiuum ſiue comparatiuum, & recte mea quidem ſententia.* Immo *ipſum intellectum adminiculo cogitatiuæ & phantaſiæ in quibus phanthaſmata ſingularium ſtare ſupponimus, poteſt talem obiectum ſingularibus a quibus primo*

facta eſt talis quiditatis abſtractio, conferre. Neq; forte ab ſurdum foret concedere opere intellectus agentis abſtra hi a pluribus indiuiduis ſpecie diſtinctis quiditatem ſiue naturam quam intellectus posſibilis intelligẽs interiorum ſenſum (vt diximus) fauore, his a quibus abſtractio facta eſt conferre poſſet. Hinc apud Ariſtotelem duos intelle ctus posſibilis actus fateri cogimur, alterum rectum quo quiditates (modo quo diximus) intelligit, reliquum quo qui ditatem abſtractam illi a quo abſtraxit ſiue ſingularia fuerint, ſiue etiam quiditates, comparat. Quem, actum col latiuum appellauimus. Et cum in rerum natura uideamus aliquibus actionibus nonnullos reſpectus nobis acquiri, qui relationes dicuntur reales, vt Socrates quia genuit, pa ter dicitur & Plato huius reſpectu quia genitus eſt, fi lius. Pariter per aliquam actionem quiſpiam dominus ap pellatur, & per aliquam quiſpiam ſeruus, pariq; modo de immuneris aliis. Sic etiam apud intellectum ſuo modo, cum ampliorem quiditatem minus amplæ quiditati confert actu quem diximus comparatiuo, aut etiam indiuiduis per eorum ſenſiles ſpecies in interioribus ſenſibus exiſtenti bus, neceſſario hæc obiecta cognita & vt ſic inuicem comparata reſpectus aliqui aut etiam relationes inſequun tur, qui cum in intellectu ſint, & per huiuſmodi actum collatiuum oriantur, rationis non naturæ aut rei eſſe di centur. Hæc igitur aut relationes rationis, aut ſecundæ

intentiones,

intentiones, aut ſecundi conceptus, aut ſecundo intellecta appellata, cum obiecta cognita vt ſic inſequuntur, & in eis ab intellectu ſic comparante derelicta fuerint. Tales quiditates ſiue naturas, ſiue entitates denominare poterunt. Vti.n. Socrates (ut diximus) paternitate quam ſibi illo actu acquirit pater denominatur & Plato filius; pari modo vnum obiectum cognitum genus aut ſpecies, ſuperius inferius, prædicatum ſubiectum denominari poterit. Quod.n. animal appellabas cognitum recto actu, id denominas genus comparatione facta. Hinc multa ſunt tibi dilucidata, quid prima intentio, quid ſecunda, quid nomen primæ, quid nomen ſecundæ, quomodo differant, quomodo fiant, ac innumera quæ vti te diſſimulaſſe neceſſe eſt, ita et ignoraſſe eſt impoſſibile. Propterea doctiſſimus Boetius uocabula hæc vt genus, ſpecies, & ſimilia quæ ſecundas has intentiones vt primis in exiſtentes explicat, quaſi vocabulorum vocabula in anteprædicamentorum expoſitione appellauit.

Quartum mihi ſubijcio logicam ſiue artem, ſiue ſcientiam appellemus non a λόγος vt tu putas ſed rectius ἀπὸ τοῦ λογίζεσθαι fore deducendam. Vocabulum.n. logices cum λογίζεσθαι magis conuenire videtur ꝙ cum λόγος. Adde ꝙ tota ad ratiocinandi regulas ſe conuertat, Sunt.n. (vt diximus) duæ ipſius primariæ partes, quarum altera diſſerendi, Reliqua cum reſolutoria ſit iudicandi rationem aſ- Quinta ſuppoſitio. Logicā non a logos.

ſert. Vtraq; uero cum de ratiocinatione ſint, rationales di
centur. Organum etiam ſiue inſtrumentum ipſa appella
uere primarij Peripatetici. Ac etiam id fateri ad Ariſto.
mentem neceſſe eſt cum adminiculatoriam ipſam appel-
lauerit primo Topicorum dum triplex genus problema-
tum in diſputationibus afferri ſolere monſtrauit. Vnum
quod ad electionem uel fugam pertinet. Aliud quod ſcien
di dumtaxat gratia proponitur. Tertium quod his admini
culatorium eſt. Primum proculdubio morale eſt, ut vtrum
voluptas ſit eligenda an nõ. Secundum naturale ut utrum
Mundus ſit æternus. Licet nonnulli diuinum ac Metaphy
ſicum connectant. Tertium inquit Ariſtote. eſt quod non
ſui gratia uolumus ſed ut alia cognoſcamus. Quod non
niſi de logico problemate intelligi poteſt. Hinc omnes quot
quot fuere græci expoſitores. Et inter primos Alexan-
der Aphrodiſeus cuius tu teſtimonio nonnunquam uteris
in prædicti capitis expoſitione affirmat rationalem fa-
cultatem habere locum organi in philoſophia. Hanc ob-
rem ſatis ad rationem feciſſe arbitror Ariſto. dum in li-
bro prædicamentorum de decem his uocibus copioſiſſime
tractauit. Duplicem. n. nobis ea lectione afferre uoluit uti
litatem. Alteram ut in uocibus illis in quibus nulla pror-
ſus ambiguitas eſſe poterat, prædicãdi modos intueremur.
Reliquam ut ex eiſdem ad ipſam philoſophiã ſiue mora-
lem ſiue phyſicam eruditiores atq; habiliores efficere-

[Margin notes:]
...cam eſſe organũ ...ſophiæ.

Capite. 9.
...lex genus proble... ...s in diſputationi... ...fferri ſolere.

...plex vtilitas peri... ...prædicamentorum ...uenit.

mur. Quamobrem admirationi eſſe non debet, ſi multa in eo libro Ariſto. attulerit, quæ fines tibi logici negocij exire uidentur. Iam. n. habes cum ipſa ſit inſtrumentum multa præſtare debere quæ in alterius potius commodum ꝙ in proprium referre poſſis. Quam rem tu ſic aberrans ſpeculatus, librum prædicamentorum ſtatuis inter logicã ac naturalem philoſophiam. In eaſq; difficultates uenis, ut cum talem librũ Metaphyſicæ partem aſſeras, illum ab eo volumine quod metaphyſicũ inſcriptũ eſt diſpartis eiuſq; doctrinam non Metaph. ſed περφυσικὼ appellare cogeris. Etſic multis tuis rationibus tecum pugnas, dum aſſeris conſiderata in eo libro earumq; demonſtrationes pertinere ad metaphyſicum. Et tamen ordine doctrinæ ſtatui ante phyſicam. Præterea cum talem librum partem logicæ non facias, affirmare coactus es temere et citra omnem rationem inter cæteros logicæ libros dinumeratum, ac primarium ſortitum eſſe locum. In qua re omnes aſſeris quot quot fuere ſcilicet inſignes Ariſto. expoſitores etiam & qui ſub eius diſciplina fuere hac in re penitus cæcutijſſe. Quod nemini (inquis) admirationi eſſe debet. Cum librũ de generatiõe animalium, poſt librum de partibus ordinatum videamus. Et tamen illum locum tenere non debet. Quod etiam Macrobij teſtimonio fulcire videris, qui aſſerit libros Ariſto. plenos mendis ac confuſione ſub terra fuiſſe repertos. Quæ res mi Antoni bona tua venia di

xerim leuiſſima eſt. Neq; id te aſſerentem demiror, cum ut inquit Ariſto. paruus error in principio maximus effi ciatur in fine. Sed illud magis ꝙ cum hæc incommoda præuideres ſententiam in melius non mutaris. Scio te græcos interpretes perlegiſſe qui tibi hac in re ſuſpecti eſſe non debent, cum te nunꝙ aut alium in hac cauſa contradictorem futurum putarent. Hi aſſerunt. Eudemum Phaniam ac Theophraſtum tres Ariſt. Diſcipulos eximios, de prædicamentis, de interpretatione, de reſolutorijs libros ſcripſiſſe, qui præceptoris exemplo librum de prædicamentis priorem ſtatuere. His tu contradices? Horum teſtimonia quo pacto reijcies? Quod de Macrobio dicis, etiam ſi concedamus nihil tibi præſidio eſſet, quandoquidem eſto ita mendis ac confuſione repertos fuiſſe, quid impedimento fuit, ut poſtea caſtigati ac in ſuum ordinem redacti liber prædicamentorum veluti fons primus atq; origo primarium ſibi locum vendicaret? Quomodo id nobis perſuademus, hunc. ſ. errorem ita fuiſſe inueteratum vt omnes Ariſto. interpretes eos etiam qui ſub eius ſignis militauere non ſolum latuerit. Sed de ordine librorum logices differentes ſic craſſe aberrauerint, vt qui nec primus, nec pars quidem logicæ foret, ipſum logicum cæteriſq; priorem citra controuerſiam aſſeuerarent?

...us Phanias ...hraſtus Ariſt. ...ſcipuli.

Solutio primi.

Solutio ſecundi.

Quod vero de libro generationis animalium affers ſatis leue tibi eſſe deberet argumentum ꝙ multos legeris hunc

errorem animaduertiſſe. Nullū tamē inuenias qui librum prædicamentorum a cæteris logicæ libris vel ſubtrahat, aut illi inter cæteros primatum auferat.

CAPVT II. QVO ALIQVAE *obiectiones formantur in Aduerſarij opinionem.*

Primaobiectio.

ANteq̄ *ad rationum tuarum diſſolutionem pedem conferamus, viſum eſt hiſce non nulla ſubnectere quæ opinionem hanc tuam* Ariſto. *doctrinæ aduerſariam adhuc fortaſſe clarius demonſtrent. Verum illud prius obijciam quod tu ingenue negare non poſſis, videlicet opinionem hanc tuam vſq̄ adeo improbabilem eſſe, ut nullius fortaſſe poſitionis aut problematis rationem vere ſubire poſſit. Eſt .n. contra omnium, vel plurimorum, vel ſaltim præſtantiſſimorū ſententiam Peripateticorū. Neq̄ tu hactenus in philoſophorum ſenatum (quod bona tua uenia dixerim) ita magnifice aſcitus es, vt eximiam huic rei probabilitatem præbeas. At tale primo* Topicorum *Ariſt. appellauit improbabile, cum oppoſito modo definierit probabile. Et eodem capite nos docuit non eſſe problema quod contra omnium eſt opinionem, ſicuti neq̄ id quod omnibus manifeſtum eſt. Ita .n. ipſe inquit. Nullus .n. offeret qui mentem habeat quod nulli uidetur, ſicuti neq̄ proponet quod omni* Capite. 8.

bus eſt manifeſtum. Et capite nono eiusdem primi nos ſummonuit, non omnem poſitionem conſiderare nos oporte re, ſed quam dubitabit aliquis eorum qui ratione egent, non qui pœna uel ſenſu. Et paulo inferius præcepit neq; eam poſitionem cōſiderare nos debere, cuius propinqua demonſtratio foret. Quod uero tua poſitio (ſi poſitio dici debeat) Peripateticos quos ego legerim oēs, græcos, arabes, latinos antiquiores ac iuniores oppugnet, tui etiam confeſſione notiſſimum eſſe conſtat. Quod et illius generis ſit, vt ſuppoſita Ariſt. doctrina validiſſimis rationibus quinimmo demonſtrationibus ſatis proximis falſa depræhendatur iam ex multis accepiſti, & ex nonnullis etiam accipies.

Secunda ratio.

Pro qua re conſidera quæ Ariſto. ſcribit tertio capite primi Topicorum. Ibi. n. nos docuit vniuerſam Dialectices methodum nobis parari conſideratione eorum de quibus ſunt ſyllogiſmi, & ex quibus.

erſam Dialecti. .duobus cōſtare.

De quibus ſunt ſyllogiſmi (vt ipſemet inquit) problemata ſunt, vult ergo præcipuam curam Dialectico fore ut quot, & quæ ſint problemata cognoſcat. Et paulo inferius ſubdit numeranda eſſe problemata a numero prædicatorum quæ quæri poſſunt. Sunt. n. (vt inquit) quatuor, a quorum vnoquoq; problema efficitur, definitio, proprium, genus, accidens.

tuor cū ſint præ :quatuor dumta runt Dialec. pro ta.

Quæ omnia pariter Dialecticum cognoſcere oportet, propterea quarto capite eiusdem primi ſingulum eorum definire voluit. Et cum prædicta prædicata in uno quoq; decem

prædicamentorum reperiantur, immo ut monſtrauimus ipſa prædicamenta efficiant, ordine ſcilicet ſubiectionis et prædicationis inquit Ariſt. capite. 7. oportere Dialecticum de prædicamentis determinare, in quibus ſunt hæ quatuor prædicatorum differentiæ, uerum tu de definitione hoc dictum ſane intelligas, ratione. ſ. ſuarum partium generis uidelicet, et differentiæ. Et paulo inferius in eodē capite rōnem afferens cur de prædicamentis Dialecticum determinare oporteat, inquit quoniam propoſitiones ipſæ, aut quale, aut quãtum, et ſic de alijs, ſignificant. Hæc ſunt Ariſ. argumentatiōes, quibus tibi id quod tu negas demonſtrare intendit, uidelicet prædicamenta pertinere neceſſario ad conſiderationem dialecticam. Sic. n. primo argumentatur. Dialecticus cogitur conſiderare quatuor problemata igitur quatuor prædicata, igitur decē prædicamenta. Secundo Dialecticus cogitur cōſiderare naturā propoſitionum, igitur & determinare de prædicamentis. Horū ergo alterum tibi faciendum eſt, aut Ariſto. doctrinam in hac controuerſia non admittere, aut fortaſſe conſultius mutare ſententiam, & cum Peripateticis recte ſentire.

Sed rationem accipe aliam ab his quæ quarto metaphyſices *3. ratio.* textu quinto idem Ariſto. ſcripſit. Eo. n. in loco aſſeruit *Dialecticus, diuinus, Sophiſta circa idem quomodo verſentur.* differendi artificem atq; ſophiſtam munus primi philoſophi poſſe ſubire, & de his omnibus diſſerere, quæ diuinus ſapientia ſua cognoſcit. Pauloq; inferius eodem textu

inquit. Dialecticam et ſophyſticam habere commune cum prima philoſophia id quod eſt, ac circa idē uerſari. Et paulo etiam inferius inquit diſſerendi facultas de his eſt tentatrix, quorum prima philoſophia eſt cognitiua. Cum igitur ipſa primas entis partes conſideret, ſequitur & eaſdem Dialecticam conſiderare oportere. Verum quæ huic aſſertioni obijci poſſent, illico Ariſto. diluit hos ſcilicet artifices uario conſiderandi modo differre, qui certe modus duplex exiſtit. Vnus quoniam Dialecticus probabilibus dumtaxat innititur argumentis, quæ ſua methodo a communibus illis locis deprompſit, primus vero philoſophus ueris neceſſarijſq; propoſitionibus, ac proloquijs lucidiſſimis demonſtrat. Alter vero eſt, quoniam hic cum ipſarum rerum ſit conſiderator, & realis (ut ita dicam) ſit artifex, totum primo ſe rebus accommodat, illaſq; in propria natura ſpeculatur. At Dialecticus qui diſſerēdi (ut inquit Ariſ.) eſt artifex neceſſario circa ſubiecta, prædicata, propoſitiones, problemata, ſyllogiſmos, ut tamen hæc ipſarum rerum ſignificatiua ſunt, uerſabitur. Et ob id inter multa arbitror mi Antoni Ariſto In logica facultate prædicamentorum doctrinam tradidiſſe, quoniam hoc in loco quem ſupra citauimus hos tres artifices diuinum, Dialecticum, atq; ſophiſtam haud dubie aſſerit circa idem uerſari, et ſummas illas entis partes uario tamen (ut diximus) modo conſiderare.

Idem

I dem nobis citra omnem ambiguitatem demonſtrant quæ Ariſto. primo libello de ſophyſticis Elenchis ſcripſit. Cum.n. quibus modis figuræ dictionis fallacia decipi poſſimus monſtrare intenderet, aſſerit per huiuſmodi fallaciam interdum ſeduci nos poſſe ut quod unius eſt prædicamenti alterius eſſe ſuſpicemur, exemplaq; affert ut quale quantum, aut quantum quale, faciens pati, aut diſpoſitum facere. Et cum omnia eo in loco prædicamenta non numeret, refert nos ad librum in quo ea omnia numerauit, qui alius eſſe nequit ꝙ qui inſcribitur de prædicamentis. Et inquit vt iam diuiſum eſt prius. Ex his duo contra te formare poſſumus. Vnum ſi hactenus prædicamentorum nihil meminit, quomodo his ut clarisſimis exemplis utitur? Et quo pacto talem deceptionem in his quæ penitus ignoramus fieri oſtendit? Quis.n. negaret futurum magis ad operæ precium ad ipſiuſq; doctrinæ ordinem ſi prædicamenta prius ſeorſum nos docuiſſet? Alterum eſt. De qua nam prioritate loquitur Ariſtoteles dum in annotato contextu inquit, vt diuiſimus prius? Certisſimū eſt ꝙ non de ea quæ eſt naturæ, quandoquidem talem ordinem res habeant ex propria natura. Et nullum etiam ſenſum haberet huiuſmodi dictum. Illam ergo prioritatem intellexit quæ eſt ordinis doctrinæ, qui eſt inter ea quæ nos facilius aut difficilius addiſcimus, & opem cæteris præſtant ut facilius addiſcantur, vt quinto libro Metaphyſi- Cō. primo.

Quinta ratio. Capite. 3. De figura dictionis.

ces idem docuit. Luce igitur clarius euenit ut liber prædicamentorum quo diuiſa ſunt ipſa prædicamenta ſit pars logicæ facultatis, & præcedat librum de ſophiſticis. Neſcio tamen ſi tu etiam ſubtrahas a libris logices librum Elenchorum. Quod ſi ita eſt nullus erit liber logices niſi qui de interpretatione inſcribitur & qui de ſyllogiſmo. Cum librum de Demonſtratione multo magis ſi cæteri ſubtrahantur ſeiungere oportebit. Quod omnium eſt abſurdisſimum.

TRACTATVS TERTIVS QVO Rationes aduerſarij diſſoluuntur.

HIS nobis ita explicatis atque ſubiectis, reliquum eſt vt argumentationibus tuis, quas tu tibi indiſſolubiles facis, & quarum perſuaſione talem ipſe tibi impinxiſti opinionem ſatisfaciamus. Verum ne tu aut alius praue nos illarum uim accepiſſe, aut ſubterfugiſſe falſo imponeret, viſum eſt illas proprijs tuis verbis referre. Primum itaque ſic contendis.

An. In prædicamentorum libro facile eſt cuilibet intelligentia
,, conſequi Ariſtotelem ſubſtantiæ cæterorumque generum
,, quatenus talia ſunt & naturam & affectus ſuarumque
,, ſpecierum quatenus continentur ſub illis generibus quoad
,, fieri poterit declarare. Non. n. aliter deſcribi poſſunt vt

,, talia ſunt, neq; aliæ de ipſis poſſunt aſſignari proprieta-
,, tes. Subſtantia. n. eſt quæ non eſt in ſubiecto, & in Me
,, taphyſica & ubiq;.

Hæc prima ratio tua plures unò defectus patitur. Nam ſi tu aſſumptionem ſic ſimpliciter intelligis uidelicet ſubſtantiæ natura & cæterorum generum ac ſuarum ſpecierum in hoc libro conſideratur ut talis eſt, & pariter eorum affectus conſiderantur ut tales ſunt, tunc ea conceſſa ſequelam negamus. Iam. n. ex ſecunda noſtra ſubiectione monſtrauimus tametſi in eo nos prædicandi atq; ſubijciendi modos, necnon naturam prædicatorum ac ſubiectorum doceri, non tamen ab eo rerum ipſarum conſiderationem excludi. Quinimmò illam neceſſario requiri. Et rogo te mi Antoni aduertas vnde valeat iſte argumentandi modus. Videlicet in hoc libello conſideratur ſubſtantia, & reliqua nouem genera, atq; affectus ut talia ſunt, igitur iſte liber non eſt pars logices. Pari. n. ratione concludere oporteret neq; vltimum caput primi περὶ ἑρμηνείας eſſe partem ipſius logices, quoniam in eo pertractantur futura contingentia ut talia ſunt. Neq; etiam ultimum caput ſecundi Priorum in quo de icotibus & ſignis rerum, deq; phyſiognomico ſyllogiſmo pertractatur, quod certe abſurdiſſimum eſſe conſtat. Si uerò circūſpectius antecedens ſic formares, uidelicet, in libro prædicamentorum natura ſubſtantiæ ac cæterorum generum eorumq; affectus dum- Ia.

taxat vt tales ſunt conſiderantur, igitur &c. Tunc tibi concederem ſequelam, ſed non reciperem antecedens, cum abunde ſuperius demonſtrauerimus res ibi conſiderari ut ſignificata ſunt uocum ac ſubſtrata ſecundarum intentionum. Primo. n. in eo libro (ut diximus) prædicata atq; ſubiecta, & ut prædicantur ac ſubijciuntur rationē habent, & ut ad ipſas tandem propoſitiones ordinari debent conſiderantur. Addis hoc nam in plurimis rationibus tuis huius tu ignoratione defeciſti.

P ræterea tametſi noſtrum ſit Peripateticam dumtaxat poſitionem tueri, & quæ ipſe obijcis diſſoluere, pluribus tamen oſtendam ꝙ falſum ſit illud antecedens, uidelicet omnia hic conſiderata ad ſubſtantiæ cæterorumq; generū rationem pertinere ut talia ſunt, ut talia ſunt, explicat dumtaxat modum rei per naturā talis. Multos. n. ipſius generis ſubſtantiæ, ac ſuarum ſpecierum & pariter reliquorum generum affectus monſtrauit Ariſtoteles in antepræedicamentis ac prædicamentis, qui ſubſtantiæ competunt non in eſſe naturæ, ſed ut intellectæ, ac ipſius intellectus poſſibilis actu collatiuo ipſi derelictæ. De quibus tametſi abunde diſſeruerimus, notabo adhuc aliqua quæ omnem tuæ mentis caliginem excutiant.

P rincipio primi capitis de ſubſtantia, primā ſubſtantiā ab Ariſt. definitā vides quod neq; de ſubiecto aliquo dicitur, neq; in ſubiecto quopiam eſt. Cuius deſcriptionis prima

pars propria magis videtur primæ ac per illam a ſecunda ſubſtantia differre, per alteram verò partem a ſecunda ſubſtantia non differt. Eſt.n. commune tam primæ tam ſecundæ ſubſtantiæ in ſubiecto non eſſe. Secundas etiam ſubſtantias vtpote ſpecies, aſſeruit eſſe illas in quibus hæ quæ principaliter ſubſtantiæ dicuntur, inſunt. Ineſſe verò primas ſecundis aliter intelligi non poteſt quam vt inferiora ſuperioribus. Iſtam uerò deſcriptionem tametſi. 7. Metaphyſices Ariſto. primæ ſubſtantiæ aſſignarit, in eo tamen loco ipſam Metaphyſico inſufficientem ac imperfectam fatetur. Propterea excuſationem iniens Typo atque ſuperficietenus primam ſubſtantiam eo in loco deſcriptam eſſe dicit. Quæ tamen ipſi logico ſufficiens atque exacta conceditur. Ea ratione quod non per forinſeca atque extraria formata uideatur. Ex his igitur haberi poteſt, non pari conditione deſcriptionem hanc vtrique conuenire, uerum vni imperfecte ac Typo quodam ut diximus. Alteri exacte ac ſufficienter. Cuius rei cauſa factum eſt, ut in calce. 8. commenti eiuſdem. 7. aliter primam ſubſtantiam definierit quæ logicos fines nullo modo ſubintret. Sic.n. Ariſto. inquit. Prima ſubſtantia eſt hoc aliquid ſeparabile. Quo fit ut te ipſum tueri non poſſis quin aſſeras aut deſcriptionem hanc in prædicamento ſubſtantiæ poſitam, nullo iure a Metaphyſicis reieciſſe, aut illam ueluti perfectiorem hoc in loco quem tu etiam Metaphyſicum ſta- Com. 7.

tuis ponere debuiſſe.

P aulo etiam inferius in eodem prædicamento ſubſtantiæ inquit. Eorum quæ de ſubiecto dicuntur, neceſſe eſt et nomen & rationem de ſubiecto prædicari. Vt homo cum de quopiam homine prædicetur, neceſſe eſt eius quoq; rationem de illo prædicari.

H is etiam proxime aſſeruit. Non exiſtentibus primis ſubſtantiis, impoſſibile eſt vt aliquid aliorum remaneat. Cuius dicti rationem afferens, dixit. Omnia.n.alia aut prædicantur de eis aut in eis ſunt. Quibus omnibus multisq; aliis quæ in eodem capite proponuntur patere liquido poteſt, proprietates atq; affectus quos ſubſtantiæ Ariſto. concedit, non illi conuenire ut res quædam naturæ exiſtit, ac omnem ipſius intellectus conceptionem præuenit. Sed ut intellecta eſt ac alteri (ut diximus) comparata. Cuius rei inditio ſunt huiuſmodi uocabula, uidelicet prædicari, ſubijci, eſſe inferius, aut ſuperius, quæ rei iam ſic cognitæ ac comparatæ per intellectum tribuuntur. Sic igitur oſtenſum eſt quod dicebamus illud ſcilicet antecedens eſſe omnino falſum.

An. A mplius probatur in prædicamentis q̄ ſpecies ſunt magis
" ſubſtantiæ q̄ genera. Et hoc pertinet ad Metaphyſicam,
" vbi etiam probat formam eſſe magis ſubſtantiam q̄ ma-
" teriam. Ergo pertinet primo ad Metaphyſicam.

H uius etiam rationis antecedens eſt falſum. Cum ſit vna

copulatiua cuius ſecunda pars eſt falſa. Videmus enim duas illius concluſionis aſſertiones eſſe logicas. Sic enim primum eam probat Ariſtoteles ſpecies eſt propinquior primæ ſubſtantiæ, quæ quidem magis ſubſtantia dicitur ipſo genere, igitur ipſa eſt magis ſubſtantia. Ob eandemq́ rationem neq́ omnia genera æque ſecundæ ſubſtantiæ dicuntur, ſed ea magis quæ ſpeciebus ſpecialiſſimis, ipſisq́ primis ſubſtantiis proximiora comperientur. Primum antecedens ſic nobis oſtendit, de primis ſubſtātiis proximius prædicatur ſpecies q̃ genus quoniam euidentius ac conuenientius primam ſubſtantiam aſſignamus ſpeciem q̃ genus, quod lucidius exponens, & actu (ut aiunt) exercito inquit, ut quendam hominem manifeſtius aſſignabimus eſſe hominem q̃ animal. Quæ profecto probatio logica eſt, non Metaphyſica. Aſſerere.n. aliquid eſſe tale per proximius aut diſtantius prædicari, non uideo quo pacto artis logicæ fines exeat. Secunda uero ratio a ſimilitudine primarum ſubſtantiarum ſumpta eſſe videtur. Si enim primæ ſubſtantiæ propterea maxime ſubſtantiæ dicuntur, quod cætera uel de his prædicentur, vel in eis ſint, ſimili ratione ſpecies ipſæ cum generibus ſubiaceant, potiores ſubſtantiæ dicentur, quæ ratio clare in contextu ponitur. Sic enim inquit. Amplius primæ ſubſtantiæ q̃ omnibus alijs ſubijciuntur, et omnia alia vel de ipſis prædicantur, uel in ipſis ſunt. Propter hoc maxime ſubſtantiæ di-

cuntur, quemadmodum autem primæ ſubſtantiæ ad alia omnia ſe habent, ſic & ſpecies ad genus ſe habet. Subijcitur. n. ſpecies generi. Genera. n. de ſpeciebus prædicatur, ſpecies autem eum generibus non conuertuntur. Quare & ex his ſpecies genere magis ſubſtantia eſt. Quæ ratio pariter ipſius Metaphyſici eſſe non poteſt, qui rerum (vt diximus) ut omnem intellectus actum præueniunt conſiderator exiſtit. Præterea non poſſum non admirari prudentiam tuam. Oppugnas. n. poſitionem quæ (ut arbitror) uera eſt, aut iudicio etiam tuo ſumme probabilis. Et vteris enthymemate cuius antecedens eſt falſum, aut faltim non per ſe notum, nulla tamen cõprobatione fulcitũ.

An. Præterea niſi Ariſto. verba de ipſa ſubſtantia vt ſubſtan
,, tia eſt in prædicamentis feciſſet & de ipſa oſtendiſſet
,, affectiones, & ita de cæteris generibus, diminutus fuiſ-
,, ſet ac imperfectus cum nullibi hanc rem perfecte per-
,, tractauerit. Non. n. in. 5. Metaphyſices, quia in eo libro,
,, vt Ariſtoteles & ipſimet interpretes aiunt, tantum-
,, modo intendebat diſtinguere ea nomina quæ dicebantur
,, multifariam. Neq; aſſignauit eorum proprietates, neq;
,, alibi de huiuſcemodi meminit. Neq; ſermonem habuit de
,, horum ſpecibus quatenus continentur ſub ipſis generibus
,, ſicut opus erat ut diximus. Igitur diminutus fuiſſet Ari-
,, ſto. in rebus pertractandis, quod quidem eſt omnium ab-
,, ſurdiſſimum. Perfectam. n. omnium rerum cognitionem

ex earum

ex earum ſubſtantia earumq; proprietatibus ut ſpecierum ortum habere qui dubitat arbitror eſſe neminem. Quæ quidem luce clarius oſtendunt ſubſtantiam ut ſubſtantia eſt, & ita de cæteris generibus conſiderari. Ex qua plane re perſpicuum eſſe poteſt talem conſiderationem ad eam pertinere facultatem quæ naturam entis qua ens eſt contemplatur, cum ſubſtantia vt ſubſtantia eſt, & quantitas vt quantitas eſt, vt patet. 4. Metaphyſices, ſecundo 3. 4. Et in. 7. primo ſecundo et. 9. Et in. 8. primo et in 9. primo et decimo primo et. 6. Et in. 12. 11. Et hoc ſecundum diuiſionem Alexandri, ad talem neceſſario ſpectare facultatem dicatur.

Iſta ratio quam tu tot verbis formaſti, multos etiam defe- Ia.
ctus patitur, quorum primus eſt nã ea ſequela quam in principio deducis falſa eſt. Non. n. recte colligis ſi omiſit Ariſto. in prædicamentorum libro quem Peripatetici logicæ facultatis partem aſſerunt, tractare de ſubſtantia vt ſubſtantia eſt, & illorum affectus qui illi vt ſic inſunt demonſtrare, ꝙ propterea ſit mancus atq; imperfectus, quandoquidem non prima intentione rerum naturas ſecundum eorum eſſe ſenſile rationalis artifex perſcrutatur, ſed vt vocum aut intentionum ſignificata ſunt, quæ ſubijci aut prædicari poſſunt in propoſitionibus ipſis tum eſſentialibus tum denominatiuis. Hoc. n. primum (vt centies monſtrauimus) in eo libro faciundum Ariſto. curauit,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

quod ſi facere omiſiſſet, aut non perfecte aſſecutus eſſet, certe iuſta nota non caruiſſet, obinde ſi ea cōſiderare prætereat, quæ extra fines artis ſunt, laudare eum potius conuenit ꝙ accuſare. Sed ſi ſic accuratius cōditionalem formares. Si in nullo. 12. librorum Metaphyſices Ariſto. de ſubſtantia ac cæteris generibus deqꝫ eorum affectibus tractaſſet profectò imperfectam ac diminutam doctrinam tradidiſſet. Concederem iſtam conditionalem, ſed negarē poſitionem antecedentis, propterea falſa eſt illa propoſitio quam tu afferebas ad huius rei probationem, videlicet ꝙ nec in. 5. neqꝫ in aliquo alio librorum Metaphyſices hoc videmus præſtitiſſe Ariſto. Quod certe vt aperte falſum negamus. Immo hoc aſſerere eſt. 7. atqꝫ. 8. & etiam. 12. libri Metaphyſices progreſſum non aduertere. In his. n. de natura ſubſtantiæ ſecundum eſſe naturæ non autem vt ad intellectum attinet, Philoſophus conſiderationem facit, immo videmus cum ſenſiles ſubſtantias. 7. Metaphyſices explicandas ſibi propoſuiſſet, non ea via qua prius vt logicus in prædicamentis inceſſerat, ſed ipſas introrſus inſpiciens, per eorum cauſas ſcientiæ modo demonſtrādas aggreditur. Propterea de talis ſubſtantiæ principijs videlicet de materia ac forma primum tamen de forma differendum proponit, a qua cum quiditas ac definitio ſumatur de quiditate ac definitione earūdemqꝫ partibus ab. ij. vſqꝫ ad. 44. textū abunde pertractat. Sed

7. Metaphyſi. quiditate ac defi. rit ac de principijs tantiæ primæ ſer

in. 8. de materia deq; ipſa forma negocium complet. In 12. de corruptibilibus ſubſtantijs, prius nonnulla repetens, præcipuam de æternis doctrinam præſtat. Verum hæc referre satis etiam ſuperuacaneum uiſum eſt, cum vnicuiq; vel paululum in Metaphyſicæ libris uerſato luce clarius cõſtare poſſit. Sed vide modo quo pacto in. 9. ac. 10. de proprietatibus affectibusq; tum ſubſtantiæ tũ aliorum generum ſiue entis partium verba facere incipiat, primumq; in nono de actu ac potentia, de vno ac multis, eodem diuerſo, deq; oppoſitione, ac pleriſq; alijs his ſimilibus in. x. libro ſermonem habet. Quòd ſi mihi obijcias ſubſtantiæ dumtaxat principia, cauſas, eiuſq; affectiones in prædictis Metaphyſicis libellis quæri, cæterarum uero entis partium parum aut nihil Ariſto. ſpeculatum. Hunc in modum ex doctrina eiuſdem. 4. Metaphyſices, reſpondemus. Supernacaneum eſſe cum quippiam analogum fuerit, de ſuis omnibus analogatis quæ diximus contemplari, ſed primi dumtaxat analogati. At in noſtra cauſa cum ens analogum ſit, ac ipſius primaria pars ſubſtantia ſtatuatur, ſatisfactum eſſe putauimus ſi ipſius principia cauſas ac per ſe affectus erimus cõtemplati. Sic enim inquit Ariſtoteles. Vbiq; autem ſcientia ipſius primi proprie eſt, & ex quo cætera pendent, & propter quod dicuntur. Et in. 9. Metaphyſices inquit. Dictum eſt igitur de ſubſtantia quæ quidem primum eſt ens, & ad

monem initiat. In. 8. vero libro complet.

In. 9. ac. 10. Meta de affectibus ſubſtantiæ diſſerit.

Com. 2.

Com. 1.

quod omnia ipſius entis prædicamenta reducuntur. Ratio-
ne nanq; ſubſtantiæ quantitas, qualitas, cæteraq; quæ hoc
modo dicuntur entia dici ſolent. Vniuerſa enim ſubſtan-
tiæ rationem habebunt, vt in prioribus ſermonibus dixi-
mus. Sed quod tibi ſoluere difficile fuit, eſt q; aliquas legi-
ſti in prædicamentorum libro proprietates quæ ipſis re-
bus ut partes entis ſunt competere uidebantur, vt eſt, ſub-
ſtantiam non ſuſcipere magis & minus, vnam candemq;
numero exiſtentem ſuſceptiuam contrariorum, pariter
nonnullas ſimiles proprietates aſſeruit in prædicamentis
conuenire dijs partibus entis vt veræ naturæ aut entia
exiſtunt, quas tractare non ſit logici munus ſed Metaphy
ſici. Verũ perinde mihi feciſſe uideris, uti antiquiores illi
qui cum primum philoſopharentur ob nonnullas ratio-
nes quas diſſoluere neſciuerunt, multa ita in aperto nega-
runt, ac vana quædam ſibi finxerunt, vt eorum ſententias
deriſerit magis q̃ oppugnarit Ariſtoteles. Sed ad rem
ipſam redeamus. Iam pluries monſtrauimus in hoc præ-
dicamentorum libro de prædicandi atq; ſubijciendi modo
ſermonem haberi, quod perfecte cognoſci non poteſt igno
rata penitus ſignificatorum natura. Inſuper aſſeruimus
decem eſſe prædicatorum ſeries, quarum primam eſſe
ipſius ſubſtantiæ, & vniuſcuiuſq; ordinis prædicatio-
nem de his quæ eiuſdem ordinis ſunt fore vniuocam ac

quiditatiuam, quæ vero alterius ordinis, denominatiuam. Vt igitur perfecte quantum ſcilicet ipſi logico ſat eſſet, hæc dignoſcerentur, voluit Ariſtoteles huiuſmodi proprietates, nobis oſtendere, vt eas ſeries hoc etiam modo edocti facilius ſecuriusq́ ab inuicem diſtingueremus. Cuius rei non leue argumentum tibi eſſe poteſt, ꝙ multas etiam & longe plures in eodem libello ipſius ſubſtantiæ propriætates legeris, quæ non ipſam ſubſtantiam ut res naturæ & extra intellectum exiſtit, inſequuntur, ſed prædicandi ac ſubijciendi modum in ordine ad ipſas propoſitiones ut ſæpiſſime monſtrauimus. Et ſi a me quæreres ob quid Ariſtoteles non eas affectiones de ſubſtantia monſtrauit in libro prædicamentorum quas nono & decimo Metaphyſices inueſtigauit, vt actum potentiam, vnum multa, idem diuerſum, & reliquas in illis poſitas. Pariter ob quid in dictis libellis non meminit harum quas in prædicamentis poſuit.

D upliciter his tibi reſponderem. Primum ꝙ tametſi Metaphyſicus & logicus ambo prædicamenta conſiderent, ſeiunguntur tamen præter eam differentiam, cuius iam nos ſæpe meminimus alio modo conſiderandi. Ille namq́ ſubſtantiam cæteraq́ prædicamenta vniuerſaliori quadam ratione, hic vero præſſiori contemplatur. Neq́ mirum id eſſe debet, cum altior

Com. 7. ille ſit artifex & diuinam illam ſubſtantiam quæ puriſſima eſt ac ſimplicisſima ſpeculetur. Quod Auer. 12. Metaphyſices aſſeruit. Ob inde Philoſophus eas in Metaphyſicis libellis proprietates inueſtigare voluit, quæ ſimpliciores ac vniuerſaliores videbantur alias uero in logicis.

Dicere etiã poſſemus cum liber prædicamentorum ſit pars logicæ facultatis, quam iam organum philoſophiæ ſtatuimus eas in eo libro affectiones inueſtigare conueniebat, quæ Philoſopho naturali magis eſſent deſeruituræ quales proculdubio eſſe videntur non mutuo contrariari, nõ ſuſcipere magis & minus, vnam eandemq; numero ſuſceptiuam contrariorum. Non autem actum & potentiam & reliquas. Ex his arbitror me non ſolum quod obieceras diſſoluiſſe, ſed nec iuſte tibi dubitandi locum in hac parte dereliquiſſe.

An. Præterea hoc ex eo colligi poſſe videtur, ꝙ cum hæc genera neceſſario conſiderentur vt talia ſunt, fateri cogimur id quod eſt vt ens eſt eiuſdem doctrinæ eſſe primum ac principale ſubiectum. Quia ens eſt id ſolum quod primo de his vt talia ſunt prædicatur etiam fieri non poteſt vt vnius facultatis plura ſint ſubiecta. Huius. n. eſſent decem. Declaratum planè eſt primo Poſteriorum ſcientiam eſſe vnius generis partes & paſſiones conſiderans. Cæterum cum conſtet id quod eſt ut ens eſt, huius doctrinæ

„ eſſe primum & principale ſubiectum, nulli mea quidem
„ ſententia dubium eſſe poterit, hanc doctrinam uel eſſe pri
„ mam philoſophiam, vel ipſius partem. Quippe quæ vt
„ multis in locis teſtatum reliquit Ariſto. ens in eo ꝙ ens
„ eſt, & ea quæ inſunt ipſi vt tale contemplatur. Neq;.n.
„ fieri poteſt ipſa genera alio modo ibi conſiderari cum in
„ eo libro deſcribantur ut talia ſunt. Neceſſarium ergo eſſe
„ conſtat vt talia ſunt conſiderari. Non.n.ad aliquod opus
„ vt patet ordinantur, ſed ſimpliciter & abſolute conſide-
„ rantur, ergo recte dictum fuit.

Iſta ratio perobſcura mihi videtur, nec ſatis intelligo an priorum ſit confirmatio, vel potius & ipſa noua quædam ac primaria ſit. Et quod maiorem obſcuritatem parit, eſt ꝙ tu omnem Dialecticæ argumentationis formam negligere videris. Verum vtcunq;, reſpõdebo tibi. Et primo hanc te obijcere conſequentiam exiſtimo videlicet decem genera conſiderantur in libro prædicamentorum ut talia ſunt. Igitur id quod eſt ut ens eſt erit in eo primum ac potiſſimum ſubiectum. Iam nos hanc rationem diſſoluimus, dum primæ tuæ rationi reſponderemus. Illud enim antecedens ſi ſic ſimpliciter proponatur concedi poteſt, & conſequentia negari, neq; illius probatio ad rem facit. Licet enim ens de decẽ generibus primo prædicetur quæ vt talia ſunt ibi conſiderantur non propterea in prædicamentorũ libro ſubiectum ſtatui poteſt. Huius rei cauſam cum Ia.

abunde ſuperius explicauerimus, hic prætcribo. Verum ſi illud antecedens hunc ſenſum teneat, videlicet subſtantia quantitas, & reliqua decem, dumtaxat vt talia ſunt, hoc eſt ſecundum eorum eſſe naturale, vt ſcilicet omnem intellectus actum præueniunt ibi conſiderentur, illud

Alia ſolutio. prorſus negamus, ut centies repetiuimus. Præterea conceſſo etiam tibi ad nutum illo antecedente, neq; illud conſequens quod tu ita plane deducis, recte inſequi poſſet. Eſto enim illa conſiderari vt talia ſunt, & ens vt ens eſt primo de ipſis prædicari, non ſequitur ens ut ens eſt illiuſmet doctrinæ eſſe primarium ſubiectum. Conſequens.n. eſt falſum & antecedens verum, igitur conſequentia mala. Conſequens vero eſſe falſum ex eo patere poteſt q principia entis ut ens eſt, aut eius primi analogati in ea doctrina principia non quæruntur. Vt notum eſt ex progreſſu libri prædicamentorum. Et tamen hoc fieri neceſſe

Com. I. foret vt docuit Ariſtoteles principio. 4. Metaphyſices

Com. 7. & principio. 7. & in octauo. Item neq; illa conſequentia valere poteſt, quoniam ab inferiori ſiue minus communi ad ſuum superius ſiue communius conditione ſiue modo ſiue circunſtantia vtriſq; addita citra notam argumentari non licet. Nō .n. ſequitur in hoc libro eſt ſubiectū ſiue conſideratur hō in eo q hō, et de homine primo prædicatur animal, igitur hic primo subiicitur ſiue cōſideratur animal. Multæ ſimiles cōſequentiæ afferri poſſent in quibus

bus omnibus ſpectari poſſet antecedens verum, conſequens autem falſum. Talis omnino eſt argumentatio tua, videlicet in libro prædicamentorũ conſiderantur ſiue ſubijciuntur primæ partes entis ſiue ſubſtantia quantitas & reliqua ut talia ſunt, & de his primo prædicatur ens, igitur ens in eo ꝗ ens eſt subiectum primarium libri prædicamentorum. Et certe hunc argumentandi modum deriderent qui argutam ac Carneadis ſapiunt Dialecticam.

Nonnullas etiam propoſitiones in ea ratione aperte falſas, affers, quas nos alibi tales eſſe demonſtrauimus, & tamen perinde illis uteris, ac ſi per ſe notæ forent.

Quod vero in illius calce ut tua dicta confirmes, adducis, eſt plusꝙ̃ falſum, niſi per opus praxim intelligas. Tunc enim uerum eſſet, ſed citra rei propoſitum. Quis enim hoc aſſerit videlicet doctrinam libri prædicamentorum in opus practicum referri? Si uero per opus non praxim, ſed aliquam ipſius intellectus poſſibilis operationem intelligas, profecto erras dum putas talem doctrinam non ad alterius doctrinæ commodum referri, immo non ſolum cæteris ipſius logicæ partibus ſumma cum neceſſitate deſeruit, uerum & ipſi philoſophiæ cuius organum eſſe ex Ariſto. ſententia Peripatetici ſtatuerunt. Doctrina .l. prædicamentorum non eſt practica.

Minime etiam fieri poſſe puto, ut aliquis aſſerat ea eo in li- An.
„ bro modis diuerſis pertinentibus per ſe ad diuerſas facul-
„ tates conſiderari, cum ibi ut dictum eſt conſideretur. Tum

„ etiã quia hoc aperte repugnat naturæ facultatum quæ qui
„ dem ſunt vnius generis ratione cuius ab aliis diſtinguũtur.
„ Res enim illa diuerſis modis dictis conſiderata duo eſſent
„ ſubiecta, quod quidem non eſt intelligibile. Si uero dica-
„ tur ꝙ etſi duobus modis conſideretur, ſed tamen vno prin
„ cipaliter, dico ꝙ iſte modus principalis erit Metaphyſici
„ vt patet ex dictis & ex dicendis. Secundo dico ꝙ ſi ille
„ modus variat rationem formalem (ut ita dicam) ꝙ hoc
„ fieri nequit.

Ia. Horum quæ tu hic ſcribis quædam omnino falſa ſunt quæ-dam nullam mihi pariunt intelligentiam, quod citra omnem contumeliam uelim accipias mi Antoni. Primum vi deris te aduerſariorum reſponſiones quas his tuis obiectionibus eſſent daturi hoc in loco reiicere. Quarum una eſt, non eſſe inconueniens aſſerere modis diuerſis per ſe ad diuerſas facultates pertinentibus prædicamenta conſiderari. Quæ profecto reſponſio vera eſt, neq; video quo pacto tu illam impugnes immo ex ea vnum conſequens deducis, quod non dumtaxat falſum ſed etiam non intelligibile affirmas, & tamen veriſſimum eſt, & non ſolum ab Ariſto. conceſſum, ſed ut nec quidem interius a te negari poſſit. Illud eſt rem vnam diuerſis modis conſideratam, duo eſſe ſubiecta. Quo pacto hoc tibi non eſt intelligibile? Corpus enim cœleſte vnum & idem, eiuſq; motum, corpus etiam humanum, materiam ipſam pri-

…me in hoc halluci… Antonius.

mam, ſubſtantias inſuper abſtractas, diuerſis modis ac rationibus ad diuerſos ſpectare artifices variamq́ eorum haberi ſcientiam in conſpicuo exiſtit. Aſtrologia *& naturalis ſcientia de cœleſti corpore, ac ipſius motu ambo conſiderant.* Naturalis *atq́ medicina de humano corpore.* Naturalis *ac diuina, de prima materia, ac de ſubſtantijs abſtractis pertractant vt per ſe notum eſt, diuerſis tamen rationibus, a quibus ſubiecta efficiuntur varia, licet res ſecundum materiam eadem.* Hæc *indubitata* Ariſtotelis *doctrina ſecundo* Phyſicorum. Et *nõ* Com.8.
mirari profecto non poſſum quo pacto in re tam confeſſa lapſus fueris. Cætera *vero quæ in dictis his tuis habentur, non intelligo quorſum tendant, & quid ſibi velint.*

F *alſam quoq́ ac contra* Ariſtotelis *ſententiam eos accepiſ-* An.
,, *ſe opinionem arbitramur qui exiſtimauerunt hominem*
,, *& animal, triangulum & figuram, & ita de cæteris*
,, *quæ inter ſe habent rationem generum & ſpecierum*
,, *eo in libro vt ſuperiora ac inferiora conſiderari, quan-*
,, *doquidem talis doctrina minime poſſit hoc præſtare*
,, *cum non tranſcendat naturam ſubſtantiæ & ita de*
,, *cæteris generibus, neq́ ponat aliquas eorum proprieta-*
,, *tes ex quibus hæc cognoſci poſſint, nec aliquid eſt in*
,, *ipſis prædicamentis quo huiuſcemodi poſſint percipi.*
,, Non *ergo uera eſt talis reſponſio & ideo ſi ſermo-*
,, *nem habeat de huiuſcemodi generibus ſpeciebus, ha-*

,, bet quatenus ſunt ſubſtantiæ uel aliquod aliorum præ-
,, dicamentorum nam ſupponit animal eſſe genus & ho
,, minem ſpeciem tanquam illud quod oporteat declara
,, ri a Philoſopho naturali & probat hominem qui di-
,, citur ſpecies eſſe magis ſubſtantiam ꝙ animal quod dici-
,, tur genus etiam non poſſumus dicere ꝙ vtatur hoc nomi-
,, ne niſi pro exemplo ut patet.

Ia. Hæc opinio quam tu ita falſam ac doctrinæ Ariſtotelis aduerſariam exiſtimas uera eſt & Peripatetica, & ea omnia quæ tu ad illius confutationem aſſumis falſa penitus ſunt. Neq; video aliqua a te afferri quæ nobis uel etiã debili modo ea comprobent & talem opinionem demoliantur. Immo nec citra grauem argumentationum tuarum notam inducere hæc uideris. Cum iam ſcias Peripateticos uel iuſto titulo poſſidere uel ſaltim hunc locum occupare, videlicet quæ in prædicamentorum libris conſiderantur ut ſuperiora aut inferiora ut in ipſis enunciationibus ſubijci aut prædicari poſſunt conſiderari res ipſas naturæ ut ſubſtantiam quantitatem ac reliqua decem genera tametſi primo ac immediate non recipi non tamen ab ea doctrina omnino explodi affectus atq; proprietates præter paucas rebus ipſis non conuenire ſed uocibus aut conceptibus omnes tamen ad certos prædicandi aut ſubijciendi modos poſtremum relatum habere. Hæc igitur cum ab

bis in eo libro veluti principia aſſirmentur non recte tu facis qui dum hos oppugnas horum contradictoria nulla aut ſaltim leuiſſima probatione ſirmata aſſumis. Et ut illorum doctiſſimorum ſententias tuear reſpondeo omnes aſſumptiones tuas quæ hoc in loco accipis eſſe falſas & cũ tu eas non aliter nobis eſſe veras monſtraueris non aliter tibi reſpondebo.

E *t ꝙ hoc eo in libro fieri ſit neceſſarium. 4. primæ philoſophiæ libro his uerbis declarauit* Ariſtoteles *quapropter & eius quod eſt, ut ens eſt, quæcunqꝫ ſunt ſpecies, unius eſt ſcientiæ genera & ſpecierum ſpecies contemplari. Quibus verbis inquit* Alexander Aphrodiſius *aperitur diuiſionem entis in decem genera ad primam ſpectare philoſophiam, quam fecit in prædicamentis.* Aperitur *etiam oportere in eiſdem prædicamentis de ſpeciebus illorum generum quatenus talia ſunt, quod eſt illud quod diximus uerba facere.* An.

H *is uerbis uideris mihi comprobare te velle ex* Ariſtotelis *ſententia quod ſupra aſſeruiſti, videlicet in prædicamentis conſiderari ſubſtantiam cæteraqꝫ genera dumtaxat ut res naturæ ſunt, & non in aliud relata. Et ratio duci videtur a ſecundo textu quarti libri primæ philoſophiæ, quo aſſerit vnius eſſe ſcientiæ contemplari ens ut ens eſt, eiuſqꝫ genera, & generum ſpecies, & ſpecierum ſpe-* Ia.

cies. Sed mi Antoni hoc Ariſtotelis dictum noſtræ ſen-
tentiæ non aduerſatur, neq; tuæ opinioni etiam ſi illud ex-
torſeris fauere poteſt. Nihil enim plus nos docet Ariſtote-
les ꝙ eam ſcientiam (vtp[illegible]ta) diuinam quæ ens ipſum vt
ens eſt conſiderat, & entis ſpecies ſpecierumq; ſpecies
conſiderare oportere. Quo in loco, per ſpecies aut genera
partes entis quas alii appellant ſubiectiuas intelligere ne-
ceſſe eſt. Cum enim ens non ſit genus, proprie ſub ſe ſpe-
cies habere non poteſt, atq; hoc totum tibi concedimus. Pa-
riter & Alexandri dictum recipimus, partitionem ſci-
licet illam in decem genera .i. in decem illas entis primas
partes, quæ genera denominantur, ſpectare ad primam
philoſophiam, quam ipſe fecit in prædicamentis. Sed uide
ꝙ tu falſo recitas Alexandrum eo in loco dixiſſe talia ge-
nera ſiue entis primas partes ut talia ſunt in libro prædi-
camentorum conſiderari. Non enim addidit Alexander,
e Alexandrum ut talia ſunt, ſed tu de tuo addidiſti. Neq; ſi dixiſſet mul-
tum nobis aduerſaretur, ea ſeruata intelligentia quam
ſupra ſæpe monſtrauimus. Verum non video per quam
logicæ regulam tu legitime inferre poſſis ex illo ante-
cedente quod Ariſtotelis erat, videlicet ad eandem ſcien-
tiam vtpote diuinam ſpectare conſiderationem entis ut
ens eſt ac ſuarum partium. Igitur in libro prædica-

mentorum conſideratio habetur ipſius ſubſtantiæ ac cæterorum generum vt talia ſunt, ideſt ſecundum eorum eſſe quod a natura habent, exploſo etiam omni ipſius intellectus poſſibilis actu. Hoc *enim modo ſi a* Peripateticis *diſſentias illud conſequens intelligere oportet.* Hanc *enim ſequelam vel quiſq; leuiter in his eruditus falſam iudicare poterit.*

S *i enim de homine vt homo eſt & ut animal eſt &* An.
» *ita de aliis ſpeciebus de quibus mentionem facit in præ*
» *dicamentis ſermonem haberet ſuperuacaneæ eſſent cæ*
» *teræ ſcientiæ ut conſideranti patet.*

H *æc ratio quæ mihi inter cæteras ſimplicior eſſe videtur neminem magis oppugnat suo authore hic ſuperius contendebas ſubſtantiam vt ſubſtantia eſt, ſimiliter quantitatem, & reliqua decem, vt talia ſunt, in prædicamentis conſiderari, ac eos accuſabas qui ea vt ſuperiora ac inferiora, prædicata atq; ſubiecta, conſiderari fatebantur.* Hoc *in loco tecum pugnas, dum infers quod ſi talia vt ſic conſiderarentur, quod cæteræ ſcientiæ ſuperuacaneæ forent.* Certe *iſta ratio te confodit, ſed* Peripateticis *nec minimam affert difficultatem.* Pro *cuius intelligentia aduertas alias ſcientias ſpeculari hominem atq; animal et reliqua genera eo modo ut per propria horum principia,* Ia.

Multa in libro prædi. tractari quæ vario modo ab aliis artificibus conſiderantur.

proprios ac per ſe affectus de illis demonſtrent. In libro autem prædicamentorum tametſi horum etiam intelligentiam quantum ad id negocij attinet Ariſtoteles non excludat. Ipſa tamen ut ſuperiora atq; inferiora ſubijci ac prædicari poſſunt primo ac per ſe ſpeculatur eorum principijs affectibuſq; neceſſariis aut ignoratis, aut ſaltim non exquiſito modo cognitis, & ſic ad argumentationis tuæ formam reſpondentes, antecedens negamus, ſi per dictionem, ut, velis conſiderari illa dumtaxat ut res ſunt, ac eorum proprias cauſas, ſin vero non ſic intelligas, ſed tales res ut vocum ſunt ſignificata, conſequentiam negamus propter uariam conſiderandi rationem.

An. Implicaret etiam in dictis ſuis contradictionem quoniam
„ animal & homo ſic conſiderata ut ſuperius ac inferius
„ ad ſecundam ipſius intellectus ſpectarent ut nonnulli met
„ ex ipſis dicunt operationem de qua quidem hoc in libro
„ nulla ex ipſorum ſcientia poteſt fieri mentio.

Ia. Iſtorum opinio qui aſſerunt animal homo conſiderari in prædicamentorum libro ut ſuperius ac inferius Peripatica eſt & uera. Neq; ad hanc aſſertionem aliqua ſequitur contradictio, neq; tu aliquam affers argumentationem qua id eam nobis demonſtres, & hic tibi error frequens hoc in commentariolo exiſtit, ut ad libitum magis dicas, q̃ rationibus cogas. Pro qua re vide q falſum iniungis huic poſitioni q ſecundas intentiones a prædicamentis ſecludat

apud

Apud quem obſecro vnquam hoc legiſti? Concedimus ergo tibi ſuperius ac inferius etiam ſecundos ipſius intellectus poſſibilis conceptus, qui primorum denominatiui ſunt, vt nos iam abunde monſtrauimus, & ab eis vt ita denominant prædicamenta conſtitui. Illud tamen falſum eſt quod tu verum putas neq; aliquem artis logicæ peritũ inuenies, qui tecũ ſentiat, atq; aſſerat ſecundas has intentiones videlicet ſuperius inferius ſpectare ad ſecundã intellectus poſſibilis operationẽ, cum talia incõplexa ſint, & ſecundæ operationis ſit, complexa formare. Sed ad primam eius operationem pertinere, actumq; non abſolutum ſed (ut diximus) comparatiuum inſequi. Et hoc te decepit mi Antoni, ꝙ non diſtinxeris vtrumq; intellectus poſſibilis actum.

N eq; ſi talis cognitio ex eo libro colligeretur inferre poſſe- An.
„ mus talem doctrinam eſſe logicæ facultatis partem quan-
„ doquidem ipſa logica facultas neq; ſubſtantiam corporis
„ eſſe genus neq; corpus animalis neq; animal hominis &
„ ita de cæteris cognoſcere valeat. Sed hoc ad eos artifices
„ ſpectare dubium eſſe non poteſt, qui horum omnium na-
„ turas et affectus contemplantur. Solus.n. ille artifex ſcit
„ animal eſſe hominis genus perfecte, qui naturam ani-
„ malis eandem in homine & in aſino & in cæteris ſpe
„ cie differentibus perſpectam habet qui quidem non po-
„ teſt eſſe logicus.

Ia. S æpiſſime aſſeruimus in prædicamentorum libro primitus conſiderari quæ prædicantur in enunciationibus ac ſubiiciuntur ea.ſ.ratione qua ſic prædicantur ac ſubÿciuntur. Idq; eſſe ſolius logici munus, qui ut hanc rem commodius aſſequatur, prædicatorum ac ſubiectorum ſignificata poſt habere non ſolet, quorum tametſi exquiſitam ac omni modo exactam (ut priuatos talium rerum ſpeculatores tenere oportet) intelligentiam non habeat, a ſenſibus tamen ipſis atq; a primo ipſius intellectus lumine quod natura nobis ingenuit quantum ſuo negocio conuenit cognitionem habere poteſt, qua id quod intendit exequatur. Tali cognitione adiutus Porphyrius, logicus ac philoſophus omnium indicio inſignis quinq; prædicabilium doctrinam nobis tradidit. Sic Ariſtoteles primo Topicorum prædicatorum

Cap.4. quatuor deſcriptiones conuenientias differentias exponere viſus eſt. Sic.n.eo in loco aſſignata generis deſcriptione volens nobis oſtendere quid ſit in eo quod quid eſt prædicari, inquit in eo quod quid eſt prædicari ea dicuntur quæcunq; conuenit eum qui interrogatus eſt reddere quid eſt quod propoſitum eſt, quemadmodum de homine conuenit eum qui interrogatus eſt quid id eſt quod propoſitum eſt dicere q; animal. Sic in quarto Topicorum capite primo ac ſecundo quibus ipſius generis locos uenatur, multa de genere ac ſpecie proponit quæ ea dumtaxat (quam diximus) cognitione ſuppoſita earum naturas per

prædicandi ac ſubijciendi modos qualis eſſe debeat oſtendit. Simili via in prædicamentorum libro inceſſit, quo fit poſſe aliquem etiam phyſicis demonſtrationibus neglectis per ſolos prædicandi modos ac natiuam(ut diximus) ipſorum ſenſuum cognitionem decernere animal eſſe genus hominis. Hac.n. *ratione quæ logica eſt id alicui notum fiet videlicet animal prædicatur in quid de homine, non conuertitur igitur eſt genus hominis.* Hac *ratione vſus eſt* Ariſt*oteles quarto capite primi* T*opicorum dum generis deſcriptionem colligeret, quod de animali dictum eſſe & de animato corpore ac reliquis dicere poſſumus.* Eadem *ratione vſus eſt etiam ſeptimo capite primi* T*opicorum, in quo volens monſtrare ſufficientem fore numerum quatuor prædicatorum quem iam ſtatuerat, inquit hoc manifeſtum eſſe tum inductione tum ſyllogiſmo. Inductione, nam quocunq; problemate aut propoſitione data facile intuebimur in eis ſemper aliquod horũ quatuor prædicatorum prædicari videlicet genus, proprium, terminum, accidens. Syllogiſmo, nam omne quod prædicatur, ~~prædicatur~~ de aliquo conuerſim aut non conuerſim eſt aliquod iſtorum, ſed oẽ quod prædicatur, prædicatur conuerſim aut non conuerſim, igitur omne quod prædicatur eſt aliquod iſtorum. Vides ergo his rationibus quæ ſunt logicæ cum prædicandi modis innitantur ipſum* Ari*ſtotelem in his locis luce clarius monſtrare has voces*

animal corpus ſubſtantia eſſe genus, cum ex ipſius naturæ intelligentia conſtet prædicari de aliquo in quid & non conuerti. Quo fit vt non recte aſſeras ꝙ qui animal cogniturus ſit eſſe genus quatenus .ſ. ipſi logico attinet adamuſſim atq; perfecte ipſius rei naturam ac quiditatem illiuſq; affectus in eſſe ſenſili cognoſcere oporteat, alioquin nullum doctrinæ ordinem ſeruaſſet Ariſtoteles, qui libros Topicorum libris de natura propoſuit poſtquam quatuor prædicatorum intelligentiam conſequi non poſſumus rebus naturæ non exacte perceptis. Ex his tandem patere poteſt quæ tu hic ſuperius affirmaſti doctrinæ Ariſtotelis in citatis locis luce clarius aduerſari.

L icet inficias non eamus ſi quæ forte in medium afferantur voces quarum modos prædicandi nos latuerint videlicet in quid aut in quale conuerſim aut non conuerſim & eas eſſe genus aut ſpecies aut aliquod cæterorum prædicabilium ignorare nos oportere.

An. Quod quidem ex hoc inter alia cognoſci poſſe confido, cum
„ logicus non poſſit cognoſcere animal rationale eſſe homi
„ nis definitionem & ita de alijs definitionibus ergo non
„ poteſt cognoſcere eſſe genus corporis. Neq; corpus anima
„ lis neq; animal hominis probatur conſequētia quia non eſt
„ maior ratio de vno ꝙ̃ de alio vt conſideranti patet, antece
„ dens autem probatur ex verbis Ariſt. ſecundo Poſterio-
„ rum dicentis orationem ſumptam ex definitione definitio-

,, *nis minime poſſe oſtendere animal rationale gratia exe-*
,, *pli eſſe hominis definitionem hoc modo illa ratio quæ eſt*
,, *compoſita ex eis quæ ſunt in quod quid eſt rationis ergo*
,, *animal rationale eſt definitio hominis quandoquidem pe-*
,, *tat id quod eſt in principio quia neſcietes illam rem igno*
,, *ramus ipſam eſſe in quod quid eſt. Si ergo ſit in quod quid*
,, *eſt hominis talis oratio logicus vt ſic nobis præſtare non*
,, *poteſt ex* Ariſtote. *ſententia, ideo dixit ꝙ accipiunt aſſu*
,, *mentes tales rationes ſine probatione quod deberent pro-*
,, *bare ita de genere & cæteris huiuſmodi erit quia per ta*
,, *lem generis definitionem animal eſſe genus hominis cogno*
,, *ſcere non poterimus & ita de cæteris quod ſi logicus poſ*
,, *ſet hoc præſtare falſum eſſet* Ariſtotelis *dictum, &*
,, *reliqua.*

A *rbitror te hac in re grauiter errare ac* Ariſto. *doctrinam* Ia.
quam ſexto & ſecundo Topicorum *ſecundo etiam* Poſte Capite.1.et.2.& per totum.
riorum tradidit penitus ſubuertere propterea duo faciam, Capite.14.et.15.
primum demonſtrabo concluſionem hanc tuam eſſe fal-
ſam videlicet logicus vt logicus non poteſt cognoſcere
animal eſſe genus hominis aut corpus genus animalis, po-
ſtea diſſoluam eam difficultatem quam tu ex ſecundo Po Cap.6.
ſteriorum in hanc rem tradidiſti. Pro *primo ea ſuppo-*
nenda ſunt quæ vltimo capite ſecundi tractatus monſtra-
uimus. Inſuper rationalem artificem qui logicus dicitur
eſſe hominem, qui multarum rerum quid nominis &

via ſenſus ac natiui luminis cognitionem habet. Suppono etiam ex ipſius grammatices habitu uocum ſignificationes non ignorare. Tunc ex his infero logicum vt logicus eſt poſſe cõcedere iſtam eſſe veram omnis homo eſt animal, & iſtam falſam nullus homo eſt animal. Quod ſic oſtendo, formet logicus vt logicus iſtam ſequelam, quælibet ſingularis huius datæ vniuerſalis eſt vera ergo data vniuerſalis eſt vera. Nemo ſanæ mentis eam negare poterit cum vim habeat ab inductione. Antecedens pari ratione notiſſimum efficeretur inductione omnium ſingularium illius vniuerſalis quibus via ſenſus certior factus intellectus aſſentiet. Et etiam per conſiderationem ſimilium in ipſis indiuiduis repertorum, ſicut nos docuit Ariſtote. primo Topicorum capite vltimo poſſumus completam inductionem formare. Igitur logicus vt logicus non corrogatis demonſtrationibus phyſicis eam cognoſcet eſſe veram quod ex tua opinione fateri non poſſet. Pari ratione demonſtro logicum vt logicus eſt debere concedere iſtam eſſe veram, homo eſt animal, nam formet ſibiipſi hunc ſyllogiſmum expoſitorium ſiue reſolutorium dixeris, hoc eſt homo, demonſtrato Socrate indiuiduo hominis, & hoc eſt animal eodem demonſtrato, igitur homo eſt animal. Iſte ſyllogiſmus eſt expoſitorius in tertia figura cui nullus obiici poſſit defectus, quoniam eadem argumentatione, in libro qui eſt logicus & ad concluſionem

quæ pure eſt logica Ariſto. vtitur primo Priorum, dum vniuerſalem negatiuam in terminis conuerti demonſtrat, vt eſto nullum. b. a. dico conuerti in hanc nullum a. b. Quod primum per deductionem ad incommodum oſtendit. Sumpta. n. contradictoria huius, utpote aliquod a. b. primam oppugnabit. Quod ſic expoſitione monſtrat. Nam ſumpto. c. quod ſit ſub. a. poſtquam ita aſſeritur aliquod. a. b. Tunc. c. erit. b. & erit. a. Igitur aliquod. b. a. Quæ hanc oppugnat contradictorie nullum. b. a. Hæc ratio negari non poteſt niſi a mentis inope ꝙ ſit logica, igitur & noſtra erit logica. Monſtrauimus hactenus logicum vt logicus eſt poſſe iudicare hanc. ſ. vocem animal vere prædicari de hac voce homo. Iam oſtendo ꝙ ſimiliter cognoſcere poterit ꝙ prædicetur in quid. Primum quia iam ſcit ex habitu ac doctrina libri prædicamẽtorum eſſe voces eiuſdem prædicamenti ſubſtantiæ, & alteram ſuperiorem reliquam inferiorem, & tales prædicari in quid, vt inductione pateſcit. Præterea facta interrogatione ipſi logico quid eſt homo ſciet ſe recte reſpondere ꝙ eſt animal. Igitur cognoſcet animal de homine prædicari in quid. Hæc ratio proculdubio logica eſt, cum ſolo modo interrogandi innitatur. Non. n. Phyſicus tam debili aut communi ratione vteretur. Hac etiam uſus eſt Ariſtoteles primo Topicorum dum itidem quod tu petis oſtenderet, Pari etiã modo cognoſcet non cõuerti in terminis vni-

Capite. 2.

Logicus vt logicus põt decernere ꝙ animal prædicari de ꝙ homo.

Capite. 4.

uerſalibus prædicationes dictarum duarum vocum ſcilicet animal & homo. Quod cum ita ſit exploratum habebit logicus ut logicus eſt, animal eſſe genus hominis. Cum vt patuit ſciat ipſum prædicari in quid & non conuerti.

ad naturalme ac iſti termini [illegible] animal ſpectat.

Verum quod tuæ deceptionis cauſa eſt, quod nobis tanquam difficillimum obijcis, eſt iſtos terminos attinere ad naturalem artificem, et iam edocti ſumus ab Ariſtotele primo Poſteriorum non commiſceri debere aut poſſe terminos diuerſarum diſciplinarum. Cui nos ſic ſatisfacimus intelligi illud debere de ſcientiis partiarijs nullum adinuicem comertium habentibus, quales logica ac naturalis philoſophia non ſunt. Immo vt apud clariſſimos Peripateticos ſcio te legiſſe, & nos ſupra ex ipſius Ariſtote. ſententia monſtrauimus, ipſam logicam non ſolum naturalis uerum & moralis philoſophiæ organum exiſtere, et ita ſe illis accommodare, ut earum gratia inſtituta adinuctaque videatur. Quid ergo incõmodi ſequi poteſt ſi illarum aliquibus terminis hæc vtatur quibus utilitatis plurimum eis afferre poſſit? Adde quod illud Ariſtotelis dictum non ita ut putas ſimpliciter intelligere oportet, quandoquidem quis negaret, cum multas eaſdemque res varij artifices conſiderent, eiſdem etiam poſſe uti vocibus? Verum non ad ſimilem intelligentiam. Cum neque res ipſas conſimili ratione ſpeculentur. Ita logicus multas voces pertractat, quas a philoſophorum officinis mutuatur. Neque profecto

iniuria

iniuria cũ ad eorũcõmodum vtilitatẽ ꝙ prædicandi modos illis maxime neceſſarios, sũma cũ rõne paret atq; inſtituat.

Præterea logicus, vt logicus, hanc cognoſcit eſſe veram, omnis homo eſt animal rationale, pariter & hanc, omne animal rationale eſt homo. Quod ſic oſtendo, logicus ut logicus, cognoſcit omnes ſingulares harum duarum vniuerſalium eſſe ueras, ergo & ipſas uniuerſales. Sequela hæc a nullo iuſte negari poteſt, & antecedens demonſtro, quoniam quælibet talis eſt nota ſenſui. Tũc vltra progredior, animal rationale prædicatur de homine, & non ut genus, cum prædicetur conuerſim, neq; vt proprium quoniam prædicatur in quid, quod ſatis notum eſt, reſpondendo interrogationi quid eſt homo, eademq; ratione neq; accidens, igitur vt definitio prædicabitur, ſequela nota eſt, cum non ſint plura his genera prædicatorum, ut nos docuit Ariſtoteles primo Topico. & hæc omnia logicum latere non poſſunt, verum eſt igitur quod aſſerebamus. Sunt enim hæ rationes logicæ. Illis.n. vſus eſt Ariſto. primo Topicorum loco iam annotato. Ratio. 2. Capite. 3.

Præterea ratio hæc non minus logicum oppugnat, quàm ipſum naturalem Philoſophum, ad quem tu clare fateris ſpectare harum rerum conſiderationem, nam eandem in eum obijciam argumentationem, quam tu ipſi logico obiicis. Immo concedere nos oporteb t nullum artificem poſſe cognoſcere ac exactum iudicium ferre ſi propriæ defini- Ratio. 3.

tiones accommodatis conueniant definitis, quod aſſerere ſatis ridiculoſum eſſe videtur.

ne defectuoſus [argum]entandi modus.

Præterea cogor hic deſiderare circũſpectam illam argumẽtandi formam qua te valentiſſimum Dialecticum vti deceret, ſic tu argumentaris, animal rationale eſſe hominis definitionem depræhendi non poteſt definitione definitionis, ſicuti Ariſtoteles eo in loco quem citas aſſeruit, igitur non poteſt depræhendi eſſe hominis defintionem. Hæc enim ratio à valenti Dialectico formari non debet. Nam, tametſi hac via ſcilicet definitione definitionis prædictam eſſe hominis definitionem monſtrari non poſſet, quid prohibet alias id methodos nobis præſtare poſſe? Propterea Ariſtoteles quem miror te hoc in loco non fuiſſe ſequutũ, oſtenſurus definitionem ut ſcilicet definitio eſt, de proprio definito demonſtratione non colligi, per omnes modos decurrit, quibus id aſſequi poſſibile videretur, videlicet, ſyllogiſmo reduplicatiuo, ſyllogiſmo diuiſiuo, ſyllogiſmo finitiuo, ſyllogiſmo etiam finitiuo contrarij, & cum horum nullo præſtari id poſſe cognouiſſet, concluſit definitionem ut definitio eſt, de definito non demonſtrari. Neq; id tibi ſubterfugio eſſet ſi aſſereres cæteras has quas rettulimus vias ſuppoſuiſſe te imbecilles. Nam de huiuſmodi ſuppoſitione tu in argumentatione nõ meminiſti propterea talis forma argumentationis per ſe vitioſa eſt atq; inepta, ex his patere poteſt quantum non ſolum mea qui-

dem ſententia, verum & tua, ſi reſipiſcas toto (ut aiunt) cœlo erres. Vis monſtrare non poſſe logicum cognoſcere animal rationale eſſe hominis definitionem, inſuper neq; animal eſſe genus hominis, ſumis pro antecedente, logicum id aſſequi non poſſe ſyllogiſmo demonſtratiuo, cuius medium fuerit definitio definitionis, q̇ ſemper in minori propoſitione petitio principij cadat, & ob id demonſtrationis vigor pereat, ſed do tibi vt erratum corrigas, atq; vt antecedens hoc reſarcias, videlicet, q̇ nec ſyllogiſmo diuiſiuo, aut reduplicatiuo, aut finitiuo, aut contrarii finitiuo, ex his quæſo quid aliud legitime inferre potes, q̄ q̇ demonſtratione, aut etiam ſyllogiſmo, definitio vt definitio eſt, de definito colligi non poſſit? At hoc non erat quod monſtrandum indixeras, quandoquidem cum Ariſtotele id tibi concedamus. Sed hoc videlicet, logicus non poteſt cognoſcere animal rationale eſſe hominis definitionem, aut animal eſſe genus hominis. Et licet via demonſtratiua aut etiam ſyllogiſtica citra defectum id colligere non poſſimus. Quo pacto in re tam leui erras, vt concludas ergo logicus non poteſt cognoſcere animal rationale eſſe hominis definitionem, & ipſum animal genus hominis? Sic. n. inferre debuiſſes ergo non poteſt demonſtrare aut ſyllogizare definitionem de definito, quod tibi concederemus. Pro qua re, relege caput quartum decimum ſecundi Poſte. & ſextum libellum Topicorum, & intelliges

Definitio ut definitio non colligitur de definito demonſtratione aut ſyllogiſmo.

Vis diuiſionis ac compoſitionis pōt inueſtigari definitio.

aliam ad hanc rem cognoſcendam in his locis Ariſtote. paraſſe methodum. Sic enim ipſe inquit, quomodo quidem ſit quod quid eſt in terminos aſſignandum, & qualiter demonſtratio ſit ipſius aut non, dictum eſt prius. Quomodo autem oportet venari in quod quid eſt prædicantia, nunc dicemus. Præſtat igitur methodum Ariſto. inueſtigandi prædicata in quod quid eſt, definitionem conſtituentia, quæ ſunt genus & differentia. Et in calce huius capitis quartidecimi ſic inquit. Ad probandum autem terminum, per diuiſiones, tria oportet coniecturare, vt accipiantur prædicata in eo quod quid eſt, & hæc ordinare quid primum quid ſecundum, & quoniam hæc omnia ſunt.

ot requirantur ad ndū definitionem iuiſionem.

Docet etiam paulo inferius, id quod latius in initio quarti Topicorum monſtrauit, quo ſcilicet pacto ipſum genus cognoſcamus, ſcilicet per non conuerſim & in quid prædicari, & in initio primi capitis quarti Topicorum, dum iam locos ipſius generis daturus eſſet, dixit. Poſt hæc autem de his quæ ad genus & proprium inſpiciendum, ſunt autem hæc elementa eorum quæ ſunt ad terminos. Luce clarius ergo habes, alia methodo a demonſtratione, definitiones de ſuis definitis inueſtigari, & inueſtigatas cognoſci ac iudicari, in his locis Ariſtotelem aſſeruiſſe, quæ generum diuiſione, ac differentiarum collectione innititur. Cuius & primo de anima meminit, & principio ſecundi de anima dum ampliſſimam ipſius animæ defi-

Com. 15.
Com. 2.

nitionem inueſtigaret, ea uti viſus eſt. Sic ergo erras qũ aſſeris non poſſe cognoſcere logicum vt logicus eſt animal rationale eſſe hominis definitionem, & animal genus hominis.

P rætereа ſi hoc eſſet ipſius logici munus cum idem ſit dicen- An.
„ dum de cæteris ſicut de animali & de homine, ergo ſeque-
„ retur manifeſte cæteras facultates eſſe ſuperuacancas,
„ cum iſta facultas naturas omnium rerum ac effectus con-
„ ſideraret. Fieri. n. poteſt vt ea quæ dicta ſunt ſine huiuſce
„ modi cognoſcantur. Ergo nihil remaneret cæteris ſciẽtijs.
„ Solum enim rerum naturas ac effectus contemplantur,
„ hoc plane eſt eorum officium, & iam fuiſſent huiuſmodi
„ cognita, fruſtra ergo traderentur in alijs, quod quidem om- Ia.
„ nium eſt abſurdiſſimum.

D uas hic mihi videris formare conſequentias, quarum prima eſt ſi de animali & homine logicus conſiderationẽ haberet, pariter & de cæteris quibus ratio generis aut ſpeciei conueniret. Altera eſt, ſi ita eſſet cæteræ facultates ſuperuacaneæ forent. Quibus ego reſpondeo. Poſtremam hanc a qua prior etiam pendet eſſe pluſquam erroneam, neq; certe te dignam. Sæpiſſime. n. apud Peripateticos legiſti res ipſas ut actu intellectus cõparatiuo cognitæ ſunt, & ſic propriis vocabulis explicatæ a logico conſiderari, & (ut iuniorum modo loquar) ſub ea ratione formali qua in ipſis enunciationibus ſubiici ac prædicari poſ-

*ſunt. Hanc ob rem (ut centies iam diximus) quoniam
tu ſemper eodem reuolueris, non neceſſe eſt exactam
rerum cognitionem logicum tenere, ſed typo dunta-
xat & quantum natiua prima cognitio præſtat, qua
modos prædicandi, in quid, in quale, conuerſim, non
conuerſim, & ſimilia colligere poſſit.* Non *ſic cæte-
ri faciunt partiarij artifices, qui rerum cauſas, prin-
cipia, elementa perquirunt, ut affectus quos ignorabant ab
his demonſtrent.* Vides Antoni *ꝙ diſpar horum ſit ra-
tio, & obinde quàm falſo colligas, hos artifices ociaturos.
Et vt tibi etiam, ſi conniueres, hoc falſum appareat, reuo-*
Capite. 2. *ca in mentem quod* Ariſto. *primo* Topico. *nos docuit, vi-
delicet* Dialectico *qui probabilibus innititur argumentis
patere aditus ad principia, & ex conſequenti ad conclu-
ſiones omnium priuatarum facultatum, & tamen ob id
colligere non liceret proprios artifices feriari oportere, cũ
non ſimili via incedant, ille veriſimilibus utatur, iſti veris
ac neceſſarijs.*

An. E*t ſi etiam ſpectaret ad logicam ſcire illud, non tamen indi*
" *geremus ante definitionem nominis & verbi, ut ex eis*
" *quæ dicentur inferius erit notum, vbi oſtendemus ſatis ſu-*
" *perq; logicam poſſe tradi ſine iſtis. Sequitur igitur id*
" *quod diximus verum eſſe, videlicet, ꝙ ſi talis cognitio*
" *ex illo libro colligeretur, inferre non poſſemus talem do-*
" *ctrinam eſſe logicæ facultatis partem.*

C um in his tu nihil probes, nihil aſſumas quod poſitionem Ia.
noſtram vel leui modo debilitet, ſed aſſeras te inferius allaturum aliqua quæ monſtrabunt ſine prædicamentis logicam haberi poſſe. Quo pacto citra omnem Dialecticæ regulam intuliſti: Igitur verum eſt id quod diximus: Propterea non aliter tibi reſpondebo ꝙ ꝙ illa conſequentia eſt falſa, videlicet, igitur verum eſt quod diximus.

I llud etiam præter rationem exiſtimaui quod adducunt An:
» nonnulli videlicet ſubſtantia non ut ſubſtantia, neq; quan-
» titas ut quantitas, & ita de alijs, ſed ut genera. Nam ſi
» ita eſſet ergo definitio ſubſtantiæ & eius proprietates,
» conuenirent ei ut genus eſt, & ita de alijs, quia definitio
» & proprietates quæ in aliqua facultate probantur de
» aliquo ſubiecto debent conuenire illi quatenus illud vt
» patet ex primo Poſteriorum etc.

P rætermiſi ut breuior eſſem nonnulla hoc in loco ex dictis Ia.
tuis referre quoniam ſuperuacanea videbantur, & in illis contradictorem non habeas. Integra tamen uis huius tuæ rationis hæc eſt. Subſtantia in prædicamentis conſideratur vt genus igitur proprietates omnes ipſius competet ei ut genus, & ſecundum ꝙ ipſum genus, igitur tales cōpetent omni generi, igitur & generi qualitatis quod eſt manifeſte falſum. Suſcipit.n. magis & minus ipſa qualitas, non tamen ipſa ſubſtātia. Sequela ex eo nota eſt, quoniam quod alicui ſecundum quod ipſum conuenit etiam ex

Ariſtotelis doctrina uniuerſaliter conueniet. Igitur primum antecedens quod eſt noſtra poſitio falſum eſt. Iſta ratio cui tu tantum tribuere videris, mihi maxime imbecillis eſſe videtur. At tibi diſſimulata non ignorata Peripateticorum poſitione difficultatem parit. Quod ſi ea quæ nos ſuperius rettulimus in mentem redigas plane diſſolutam iudicabis. Sed uolo tibi in ea etiam priuatim nunc ſatisfacere. Supponunt (ut non ignoras) Peripatetici grauiores in prædicamentorum libro decem illas voces decem entis primas partes vt vicariæ conceptuum ſunt ſignificantes, conſiderari. Et licet dictarum vocum vt ſic ſignificatiuæ ſunt, in primis proprietates quærantur, ut ſcilicet quo pacto prædicari aut ſubijci in enunciationibus valeant, quæ ſuperiores quæ inferiores exiſtant, non tamen ſignificatarum rerum intelligentiam poſt haberi, licet non exactam, non perfectam, ſed typo quodam procurari, atque ea etiam ratione vt relatum poſtremum ad dictas voces habeant. Cognitis. n. hunc in modum earum ſignificatis certius & primæ uoces quæ prima genera dicuntur, & etiam reliquæ quæ vnius ordinis ſunt ab alijs quæ alterius ſunt ſeiungi poterunt, & ſic prædicationes eſſentiales, a denominatiuis, quarum tanta cura imminet logico facillime dignoſcentur. Ad argumentationis vero formam reſpondentes. Qui primo voces ut rerum mediis conceptibus ſunt ſignificatiuæ in prædicamentis conſiderari aſſerunt

...nusmodus Peripate...
...re ſpondendi.

runt

runt, primum antecedens tibi negarent. Non enim verum eſt ſubſtantiam vt genus in eo libro conſiderari, ſed iſtam vocem ſubſtantia quæ genus appellatur vt ſignificatiua eſt rei quæ eſt ſubſtantia, & tibi concederent illud prædicatum quod eſt non ſuſcipere magis & minus, & ſuſcipere contraria, de tali ſubiecto inquiri & licet hæc verum de illa voce prædicetur non tamen ſui gratia ſed rei ſignificatæ. Hoc. n. modo concedimus genus de ſpecie prædicari licet hæc nũquàm ſit vera ſpecies eſt genus, ſed homo eſt animal, & ſic omnes tuæ conſequentiæ pereunt.

Qui vero putant res primo conſiderari dicerent antecedens illud eſſe verum, ſic tamen intellectum, videlicet, ſubſtantia conſideratur vt genus ideſt vt ſtat ſub hoc reſpectu rationis qui eſt genus, & cùm vltra progrederis, ergo inquantum genus, ſi dictio inquantum explicat abſolutam rationem generis quæ ſecludat primam intentionem, conſequentia non eſt bona, quia mutatur modus, ſiue quale in quid. In antecedente. n. dictio genus ſignificat primam intentionem videlicet ſubſtantiam coadiuncta ſibi ſecunda intentione & in conſequente ſignificat rationem generis abſolutam, ſi vero idem ſignificat videlicet primam cum reſpectu rationis tunc vltima conſequentia nihil valet. Proprietatum. n. quæ de ſubſtantia ſic intellecta in prædicamento ſuo cognoſcuntur nonnullæ ſunt quæ ipſi rei in-

Alius modus etiam Peripateticus.

ſunt, quædam vero ob reſpectum rationis. Et ſi obijceres cum aliquæ proprietates inſint rei vt res eſt. Igitur non conſideraretur ſubſtantia ſub reſpectu rationis, reſponderent conſequentiam eſſe malam. Nam cognitio ſubſtantiæ etiam ſecundum has proprietates relatum poſtremum habet ad ipſum genus. Et ut tu firmius his reſponſionibus aſſentias recole quæ ſuperius monſtrauimus præcipuam videlicet curam logico fore vt eſſentialia ac denominatiue prædicata optime cognoſcat. Quod facile aſſequetur ſi voces prædicamentorum diſcernet, quæ cum ſignificatiuæ ſint tota res ad ſignificata referēda erit. Nihil igitur tibi mirum eſſe debet; ſi nonnullas inueneris proprietates quæ talia ſignificata primum inſequuntur.

An. Præterea ſi conſiderarentur vt genera ſpectarent ad metaphyſicum quoniam genus vt genus eſt ſpectat ad metaphyſicum. Eſt. n. affectus entis in eo ꝙ ens. Eſt enim in omni ente. Ergo non ad logicum.

Ia. Antecedens huius conditionalis quod tu in præcedentis rationis confirmationem formare videris ſi nos oppugnat, hunc ſenſum tenere debet, videlicet ſi voces ſic ſignificatiuæ quæ & genera vocantur, vt genera conſiderarentur ſpectarent ad metaphyſicum, & tunc conditionalis eſt falſa, ac vt defectum tuæ probationis agnoſcas prius intelligere te oportet, entia rationis ſiue ſecundas intentiones dixeris, & a metaphyſico & a logico vario tamen

modo conſiderari. Ille quiditatem earum ſi quam hñt, conſiderat vt omnino a primis intentionibus abſtrahunt, aut res ipſas in eſſe cognito denominant. Contra ſe habet logicus. Ea.n. non ſic ſimpliciter ſed ut primis adiuncta, et res ipſas ſic intellectas denominantia quinimmo & uoces res ſic intellectas ſignificantes ſpeculatur. Id eſt quod aſſerebat doctiſſimus Auicenna videlicet logica eſt de ſecundis intentionibus adiunctis primis. Qua re ſic intellecta vides quantum diſtet ueritas illius propoſitionis quã tu in probationem dictæ conditionalis adduxiſti, ab eo quod monſtrare intendebas. Concedimus.n. tibi genus vt genus ut dictio, ut explicat quiditatem & formalem rationem generis a metaphyſico conſiderari, non voces illas ſic ſignificatiuas quæ genera denominantur, & quarum gratia antecedens conditionalis formatum eſt, ſed has curæ eſt logico contemplari & ſic patet conditionalem non eſſe bonam.

Neqꝫ huic noſtræ ſententiæ aduerſantur ea uerba ni fallor An.
» quæ ſcripta reliquit in fine libri prædicamentorum, vbi
» dixit de propoſitis itaqꝫ generibus dicta ſufficiant, quia
» omnia decem conueniunt in hoc ꝙ appellantur genera, po-
» tuerunt ergo in epilogo communi nomine vt omnia vnico
» verbo compræhenderentur nominari, non tamen vt pro-
» batum eſt ſi demonſtrentur proprietates ſubſtantiæ de-
» monſtrantur vt genus licet ſubſtantia ſit genus. Nam

„ licet in Geometria probentur paſſiones de magnitudine
„ quæ eſt ens, non tamen dicuntur de ea demonſtrari qua-
„ tenus ens.

Ia. Diſſoluere hic videris obiectionem quam affert Simplicius ex verbis Ariſto. in calce libri prædicamentorum; & primum miror quo pacto non concedas vnumquodq; prædicamentorum & eſſe & appellari ſeorſum genus, ſed omnia vnico verbo nominari genus, cum in citato loco Philoſophus dicat de omnibus generibus quæ propoſuimus dicta ſufficiant, vnumquodq; igitur diuiſo uocabulo genus appellauit. Et in primo Topicorum capite. 4. et 5. conſiderauit genus ut genus eſt, & hoc aſſeruit eſſe in quolibet prædicamento. Ex dictis igitur Ariſtote. habetur fuiſſe pertractatum de decem generibus, et ſubſtantiam fuiſſe conſideratam vt ſibi conuenit ratio generis. Poſtea tu non diſſoluis Simplicij obiectionẽ qua prædicto Ariſto. teſtimonio demonſtrat predicamenta dici genera & vt genera ab Ariſto. conſiderata. Sed ad eius men-
tem (vt putas) conditionalem quãdam infers & accuſas, „
quam tamen nec ipſe nec alius è Peripateticis formauit, „
quæ eſt ſi demonſtrentur proprietates de ſubſtantia, de- „
monſtrantur vt genus. Ex illo. n. antecedente ſic ſimplici- „
ter intellecto illud conſequens in formali conſequentia nõ „
deducitur, cum metaphyſicus demonſtret proprietates de „
ſubſtantia, & tamen non ſequitur igitur vt genus, quo- „

niam abſolute illam conſiderat. Sed ſi illud antecedens ſe «
cundum eam intelligentiam quam totiens monſtrauimus «
recipiamus, tunc conſequens recte inſequetur & condi- «
tionalis ſtatuetur valida. Et quod de magnitudine in ſimi «
litudinem attuliſti uel erit diſſimile, vel correctum antece N
dens ad ſimilem intelligentiam ſuum conſequens ſimili-
ter inſequetur.

Quod ſi aliquis veniret in eam opinionem vt exiſtimaret An:
» doctrinam talem eſſe de vocibus ſignificantibus res in eo
» quod ſignificantes ſunt, & hanc ob cauſam eſſe ipſius lo
» gicæ facultatis partem, erraret mea quidem ſententia toto
» (vt aiunt) cœlo, cum manifeſte ex hac poſitione ſequatur
» oppoſitum potiusquam quod intendunt, ipſam videlicet, ob
» hoc ipſum eſſe de rebus, cum declaratum ſit ab Ariſto. in
» quarto primæ Philoſophiæ, & primo Elenchorum nos
» vti nominibus quæ rerum ſunt ſignificatiua pro ipſis re
» bus, quoniam res ipſas non poſſumus ferre ad diſputatio-
» nes, & ita dicuntur & ſignificantur; hanc ob cauſam
» res per nomina ſunt, ergo de rebus primo. Propter quod vn
» vnumquodque eſt & illud magis eſt. Hanc etiam rem ſta
» bilire confirmareque ex eis quæ ab ipſis græcis conceduntur
» poterimus, cum dicant homines nominibus indiguiſſe ut ſo
» lum exprimerent conceptus, ergo erit de vocibus per acci
» dens & non per ſe, quia propter aliud conſiderantur, et
» cum conceptus ſint propter res, ergo erit de rebus. Non

" ergo partes logicæ facultatis fateri valebunt ſi ſunt de uo
" cibus ſignificantibus res in eo ꝙ ſignificantes ſunt, quo-
" niam logica non eſt de uocibus ſignificantibus res in eo ꝙ
" ſignificantes ſunt. Non enim eſſet de ſola oratione.

Ia. Non crediſſem te cui ſemper modeſtiæ plurimum tribui tres inſignes Ariſt. interpretes Simplicium, Ammoniũ, ac Romanum Boetium, quos omnis ætas ſemper venerata eſt, & tantum detulit quantum fortaſſis Ariſto. ita parum reuerenter incuſare, atq; eorum opinioni detrabere, vt hoc in loco tametſi innominatos toto aſſeras ab errare cœlo, & contradictoria fateri. Quorum tamen hac in re ſententia ita rationi conſona eſt, vt verior eſſe non poſſit, atq; obiectiones tuæ nullam illis prorſus difficultatem ingerant, aut loco nec quidem puncto dimoueant. Quod profecto nec mihi difficile eſt id omnibus & tibi ipſi ſi æquabilis eſſe uelis demonſtrare. Sed primum ea repræhenſione dignus eſſe videris, vt cum horum opinionem in eorum ſcriptis ampliſſime legeris (vt tua præſeferunt) eam te hac in diſputatione oportebat recenſere, atq; ſuis fundamentis rationibuſq; roborare, proprijs etiam nominibus appellare, ac tuis deniq; hiſce validiſſimis ictibus demoliri, & non ita vt hoc in loco facis, dum dicis, quod ſi aliquis in eam opinionem veniret vt exiſtimaret &c. quaſi nullus eſſet qui rem ſic ſtare arbitraretur, aut ſiqui forent, hi plebei atq; minutuli & nondum in

[margin: ...a laus Boetii Ro.]

ampliſſimum illum philoſophorum ac logicorum ſenatū conſcripti. Qualis ego primum, & tu ſumus, qui omni noſtra ætate hos ſuſpicere deberemus. Sed ſcio abs te hoc de induſtria factum, ut huius opinionis probabilitatem a mentibus hominum hoc modo ſubtraheres, & fortaſſe facilius illas hac tua opinione peſſundares. In Topicis. n. ſcriptum eſt ſummam nobis conferre probabilitatem authorum præſtantiam. Sed de his hactenus, & equidem hæc dixi quoniam patienter ferre non potui, ut in hos (ut cæteros taceam) ita de philoſophia ac logica cæteriſq; bonis artibus benemeritos non ſine iniuria exclamares. Sed ad rationes tuas redeo, quæ in dialecticam formam redactæ huiuſmodi ſunt. Doctrina libri prædicamentorum eſt de vocibus ſignificatiuis rerum ut ſignificatiuæ ſunt, igitur eſt de rebus, igitur non de uocibus, igitur poſitio hæc affirmat duo adinuicem contradictoria, utpote doctrinam talem eſſe de uocibus & non eſſe de vocibus. Capi. 8. et. 9. lib. 1.

Item voces per accidens in ſcientijs conſiderantur, res ipſæ per ſe ut doctrina eſt Ariſto. quarto primæ Philoſophiæ & primo Elenchorum, igitur hæc doctrina non poteſt eſſe de uocibus, cum nulla doctrina ſit de his quæ ſunt per accidens.

Item ſi talis doctrina eſſet de uocibus vt ſignificatiuæ rerum, tunc logica non eſſet de ſola oratione quod eſt aperte falſum. Sed per deum immortalem quam vim faciunt

hæc argumenta? Cōcedunt Peripatetici quos oppugnas doctrinam libri prædicamentorum eſſe de vocibus ut conceptuum interuentu res ſignificant, quam ob rem & de rebus ipſis erit, ut ſcilicet conceptæ ſignificatæq; ſunt, et nō ſecundum propriam earum naturam ut actum ipſius intellectus & præcipue collatiuum præueniunt, quo pacto Metaphyſicus eas conſiderat. Non eſt ergo alicuius roboris illa conſequentia, eſt de rebus ergo non de vocibus, & ſi vltra inſequereris talis doctrina eſt primo de rebus igitur non primo de vocibus, reſponderent ſi dictio primo æquiualet dictioni immediate concederent conſequentiam & reiicerent antecedens ſin vero aliud ſignificet negarent conſequentiam.

Secundæ rationi ſatisfacerent concedentes eos artifices qui res ipſas in propria natura pertractant, nō tamen vt intellectæ, vt ſignificatæ, ut ſecundis conceptibus denominatæ ſunt, vti vocibus per accidens, & veluti inſtrumentis, cum prima eorum intentio feratur in res quas ſolum in propria natura ſcire deſiderant. At logicus non talis eſt, eoq; magis in hoc libello prædicamentorum, quo animus eſt ferri in voces vt interuentu conceptuum res ſignificant, quarum proprietates ut ſubiici aut prædicari pūt ſcrutatur, non tamen ipſarū ſignificata poſt habendo. Per ſe ergo de uocibus, & per ſe de rebus modo quo expoſui inuslicet immediate de uocibus, nō igitur per accidens.

Poſſent

P oſſent etiam ad huius tuæ rationis omnimodam falſitatem depræhendendam afferre illud quod primo Topicorum Ariſto. ſcripſit, videlicet, in diſputationibus tria genera problematum ſolere proponi. Interdum ſpectans ad electionem vel fugam, nonnunquam ad veritatem ac ſcientiam per ſe primo, interdum ut adminiculans ad aliquid talium. Si igitur diſputationes tales fuerint ꝙ in eis alterum duorum problematum priorum exagitetur, tunc vocibus pro inſtrumentis vtemur ac etiam vt tibi hoc demus, per accidens. At ſi tertium uentiletur, voces modo quo diximus per ſe conſiderabuntur. Capite. 9.

T ertiæ uero rationi concederent conſequentiam, & conſequens eſſe falſum negarent, atq; illud mirarentur ꝙ tali ratione uſus fueris qua ad incommodum eos ducere conaris, & ad id deducis quo nil habent ipſi aut certius aut verius. Quod profecto non leuis eſt error apud peritos dialecticos.

C æterum cum inferant ipſam eſſe de uocibus principaliter, An.
" quia omnis ars logica de oratione eſt, petunt id quod eſt in
" principio. Hoc. n. eſſet probandum.

I n hiſce uerbis tametſi pauculis, non leuem tamen errorem Ia.
vt audio depræhendit Vbaldinus Bandinellus vir non minus eloquentia ꝙ rerum intelligentia clarus, qui ante me huic commentariolo reſpondit. Interpretes Peripatetici quos oppugnas nulla tali quam tu facis vtuntur argu-

mentatione, ſed veluti principium ſibi ſtatuunt logicam eſſe de oratione ſignificatiua vt quidem ſignificatiua eſt, pariter doctrinam hanc eſſe de primis decem uocibus res primas ſignificantibus. Quomodo igitur hi principij petitione peccabunt, qui nihil quod probaturi ſint petant, nihil ratiocinentur?

P *oſtea ex horum opinione illud etiam aſſeris ſequi inconueniens, videlicet, cæteros artifices voces ipſas ut rerum ſignificatiuæ ſunt eſſe conſideraturos, & ſic cæteras facultates eſſe logicæ facultatis partes. Quæ à nobis cum ſuperius detrita iam fuerint & diſſoluta ſilentio præteribo.*

H *uic proxime ſubnectis neſcio quam (ut ais) quorundam græcorum interpretum rationem qua cōtendunt monſtrare doctrinam prædicamentorum eſſe de vocibus aduerſus eos qui putant illam eſſe de rebus, & tu conſimili ratione vſus probare videris neceſſario ſequi uel doctrinam prædicamentorum eſſe de rebus, uel omnes facultates ipſi logicæ fore partes, quæ diſiunctiua ratione vtriuſq; partis apud eos eſt falſa, uerum cum tu hic neminem nomines, neq; ego apud aliquem huiuſmodi rationem me legiſſe meminerim, propterea neq; illi reſpondebo, licet perſuaſum habeam aggreſſionem hāc tuam parum aut nihil moleſtiæ prædictis interpretibus allaturam.*

An. N *on.n.poſſumus dicere ibi eſſe aliqua quæ pertineant ad*
„ *res, & aliqua quæ non pertineant ad res, quia præter*

,, hoc quod ſibi ipſis repugnarent dicentibus eſſe de uocibus
,, ſignificantibus res principaliter, tolleremus unitatem illius
,, facultatis, quod quidem fieri vt dictum eſt nequit. Etiam
,, fruſtra eſſet ille ſermo de rebus, cũ tamen non eſſet opus
,, in logica illa ſermone, in qua non agitur de rebus. Etiam
,, non magis eſſent pertinentes ad logicam q̃ ad alteram fa-
,, cultatem vt patet.

Quatuor uijs vnica pugna hic nos oppugnas, nulla tamen expugnas. Prima namq; aggreſſione tu deficis. Non enim pugnantia nos concedimus dum illam copulatiuam tametſi ex ſubcontrarijs propoſitionibus compoſitam aſſerimus. Eſt.n. illa uera cũ quælibet pars ſit uera, neq; illius pars aliqua opinioni Peripateticæ quam ſequimur aduerſatur. Non.n. hæc pugnant uidelicet, talem doctrinam primarie eſſe de uocibus &c. et eſſe etiam de rebus, quinimmo ut monſtrauimus cohærentia ſunt, ſed hæc pugnarent, talis doctrina eſt primarie de uocibus &c. & eſt primarie de rebus. Et equidem miror te hunc defectum non aduertiſſe. Secunda deciperis dum ſubiecti (quod uocant attributionis) naturam, & facultatis unitatem unde ſumatur, negligentius cõſideras. Scis.n. in facultatibus ipſis multa variaq; tractari, quia tamen ſubiecti gratia ſunt atq; in illud poſtremo referuntur, ipſius facultatis vnitatem non perimunt. Ita hac in cauſa conſpicies, conſiderantur voces, conſiderantur res, ſed non varijs diſiectiſq; ro- Ia.

nibus, quinimmo (ut cẽties diximus) ex rerũ intelligẽtia voces eſſe tales cognoſcimus. In tertia vero ac quarta nihilo mihi deterior apparuiſti. Nam & petitionis vitio non cares, & illud pro abſurdo obijcis quod nos veriſſimum confitemur. Deniq; vnum ex noſtra hac opinione infers quod inferri profectò nec debet nec poteſt. Tale eſt q̃ non eſſent hæ voces magis pertinentes ad logicam q̃ ad aliam facultatem. Hoc. n. male infers cum a logico per ſe conſiderentur ut iam diximus. Multi vero artifices per accidens cum prima eorum intentio feratur in res in propria natura exiſtentes & non ut conceptæ & uocibus explicatæ ſunt quod certe nemini dubio verti poteſt.

An. N eq; fieri poteſt ut dicatur &c.

Ia. T u hic vnum impugnas quod nullus unq̃ conceſſit, neq; horum quiſpiam quibus tu aduerſari videris argumentationum tuarum vlla vi fateri cogitur. Hanc ob rem hoc in loco non aliter tibi reſpõndebo.

An. S ed ſi aliquis vellet aſſerere iſtam facultatem eſſe de uocibus &c.

Ia. T u hic ſimiliter longa oratione parum tamẽ ad operæ precium digrederis, ac quædam tibi perſuades poſſe aliquos opinari, quæ tamen nulli opinati ſunt. Sũma horum quæ concedimus hæc eſt, voces vt ſignificatiuæ rerum hic primo pertractantur, res ut uocum ſignificata ſunt conſiderantur, vocum proprietates primo perquiruntur, rerum

nonnulli affectus, vocum tamen gratia typo quodam & vt ſat logico fuerit monſtrantur. Tales voces ex communi vſu ſic ſignificare ſupponuntur, tametſi neq; inconueniens eſſet aſſerere, in hoc libro cui prædicamenta ſiue prædicamentum ſubiectum ſtatuimus, antequam ad ipſarum vocum affectus explicandos monſtrandoſq; Ariſto. ſe contuliſſet, potuiſſe citra notam conditionis veri ſubiecti docere inductiuo quodammõ ſingulam earum ſignificare ſubſtantiam aut quantitatem & reliqua. Videmus enim primo libello auſcultationis Phyſicæ in quo principia rerum naturæ pro ſubiecto aſſignant, inueſtigari demonſtrariq; primam materiam eſſe, quæ tamẽ ſubiectum & fortaſſe primarium eo in loco conceditur, hoc tamen ita fieri putandum eſt, vt in priori quadam parte, qua talem rem nõ ut ſubiectum ſubijcimus, quinimmo vt quæſitum quærimus liceat nobis de re quæ ſubiectum poſtea ſtatuitur, dum ſcilicet ſui affectus monſtrantur, multa quærere, & quid nomen ſignificet, & an ſit in rerum natura, & quæ ſua exacta definitio fuerit. Conquiruntur enim hæc prius quaſi ſeorſum in diſciplinis, ſi ſub obſcura & latentia viſa fuerint. At multoties dum innotuerint, ſi in his explicandis ſegniores fuerimus, uitio nobis non verti, docuit idem in Poſterioribus Analyticis. Quaobrem nihil habes ex his quod iuſte nobis obijcias aut claros illos interpretes redarguas.

Capite. 8.

An. I llud etiam ad hanc opinionem confirmandam & c.

Ia. H oc loco hac ratione oppugnas, ex interpretum ſententia. Hanc prædicamentorū doctrinam ſeorſum præſtitit Ariſto. vt doceremur infinitas res quarum ſcientia haberi nō poteſt reducere ad finitas. Igitur hæc doctrina eſt de rebus. Sequelam hanc oſtendis, quoniam quæ non ſunt res in rerum cognitionem nos ducere non poſſunt. Solutio eſt falſum eſſe quod aſſumis. Non enim id primo eo in libro docere nos voluit, ſed id quod centies repetiuimus, neq; ſi verum eſſet doceri nos infinitas res reduci ad finitas tu poſſes colligere quod tibi monſtrandum imminet, eſſe ſcilicet primo de rebus, & eſſet fallacia conſequentis, videlicet eſt de rebus igitur primo de rebus.

An. I llud vero quod dicunt nonnulli ut Boetius & c.

Ia. B oetium hic & ante ipſum Simplicium atq; Ammonium Ariſto. contradicere affirmas, q; hi aſſerant & res & nomina rerum eſſe infinita, at Ariſtoteles primo Elenchorum cap. primo. Nomina & orationum multitudinem finitam, res vero numero infinitas. Solutio eſt te non recte horum mentem accipere, pro qua re ſcire oportet q; dictio infinitum interdum ſignificat quod vere eſt infinitum, nōnunquam uero indefinitum indeterminatum, quomodo contingens æque ad utrumq;, tametſi infinitum ab Ariſto. primo priorum appelletur, pro indefinito tamen intelligere oportet. Tunc dicimus res quarum uoces prædicamenta

[…] contradicere Boe[…] concedētem voces infinitas philoſo[…] cōcedenti illas eſſe […]s.

Capite. 3.

ſubintrant eſſe infinitas ideſt indefinitas. Sunt enim rerum ſpecies finitæ licet numero indefinitæ ut Porphyrio placuit. Pari modo & uoces quàm plurimas eſſe oportet quæ talium rerum ſint ſignificatiuæ, quo fit & ipſas eſſe indefinitas, longe tamen magis indefinitæ ſunt res ꝙ uoces eas ſignificantes, cum uocum impoſitio rerum intelligentiam præſupponat, & conſtet multas eſſe res non adhuc ab humano intellectu perceptas, utcunq; illud dubitare non poſſumus innumeras quodammodo eſſe voces: Quam ob rem ut earum affectus ac prædicandi modos facilius edoceremur reducere eas oportuit quinimmo & res ipſas in decem primas uoces. Quo etiam euenit ut cum plures ſint res ꝙ voces licet utræq; ut diximus infinitæ, poſſe unica uoce plura ſignificari. Non igitur ſic dicentes Ariſto. contradicimus in libro Elenchorum, immo hæc ſuis dictis cohærent. Cum enim inquit, res infinitæ eſſent, & nomina finita (comparatione intelligas ipſarũ rerum) neceſſe fuit plures res vna uoce ſignificari. Vnde æquiuocationes, amphibologiæ, & cæteræ in dictionibus deceptiones oriri ſolent. Et cum hæc non aduerteris mi Antoni, quaſi præceps Boetium Ariſto. contradictorem facis:

S i iſte liber pandat introitum in altiora Philoſophiæ, & Philoſophia ſit de rebus ergo iſte liber eſt de rebus, quoniam ſi non eſſet de rebus nõ panderet hunc intioitũ etc. An.

Ia. C erte mi Antoni non mirari aliquando non poſſum huiuſmodi tuas argumentationes ꝙ debiles ſint. Statuo te ipſum indicem in hac tua ratione. Tu ex aſſertione illius antecedentis pro abſurdo vnum inſers quo ſcis Peripateticos in hac cauſa nihil habere verius, & quis obſecro tibi negat hunc librum eſſe de rebus? Sed tu ſic argumentari deberes ergo iſte liber eſt primo de rebus, neq; fortaſſe ſat tibi eſſet hoc conſequens ſic intuliſſe, cum ſcias quoſdam fuiſſe Peripateticos qui putarint hunc librum pertinere ad rē logicam, & illud conſequens pro uero recipere. Sed addere etiam debes, ergo eſt primo de rebus vt omnem intellectus actum præueniunt. Hoc enim pacto eas conſiderat metaphyſicus, quatenus ſcilicet entia aut res ſunt. Et ſecundum illum modum quem ſupra explicammus. ſ. vniuerſalius ac etiam purius, & tunc illam conſequentiam negaremus.

An. Q uod quidem ni fallor colligi quoq; poſſe &c.

Ia. H ic multa confuſe aggeras, quorum ſumma hæc eſt, finis logices vt iam patuit, eſt docere ſua inſtrumenta conficere. Id inquis aſſequi impoſſibile eſt ſine rationibus ac ſyllogiſmis qui latiori vocabulo demonſtrationes dicuntur, hos neceſſe erit ex propoſitionibus, & has ex ſimplicibus terminis confici, ſed tales eſſe non poſſunt quarum prædicamentorum doctrina paratur. Nū vel eſſent hæc ſimplicia homo, animal, qualitas, quantitas, & ſimilia, uel

hæc

hæc communia genus, ſpecies, differentia. Sed cum neutrum horum affirmari poſſit, quandoquidem cum de enunciatione, definitione, ſyllogiſmo, demonſtratione quippiam nobis oſtenditur, nullis his ſimplicibus uti videmus. Inutilia ergo erunt ad logicam facultatem, igitur non eſt pars logicæ facultatis. Hoc te arbitror in tot verbis dicere voluiſſe. Solutio eſt te hac ratione pluribus decipi, primum ꝙ poſtremum logicæ finem quem gratia cuius in ſuperioribus appellauimus arbitraris eſſe ſuorum inſtrumentorū ſtructuram. Iam enim monſtrauimus eſſe verum a falſo diſcernere, licet hunc conſequi non poſſet ignorata ratiocinandi peritia, falſum igitur eſt quod priori loco aſſumis, niſi de fine qui medij quoq; rationem ſubſtinet intelligas, & tunc licet aſſumptum verum eſſet non tamen recte deduceres quod tu primo loco deſideras. Præterea tenetur rationalis artifex qui logicus dicitur trium ſyllogiſmorum naturas Demonſtratiui ſcilicet Dialectici atq; Sophiſtici perfecte cognoſcere, quæ cum ex forma ac materia coaleſcant, circa vtriuſq; intelligentiam maxime occupabitur. Hoc nos docuit Præceptor tuus Ariſto. primo cap. primi Topicorum, dum horum ſyllogiſmorum differentiam nactus, de probabilibus, unde, & a quibus locis parari poſſint, per uniuerſos illius voluminis libellos diſſerit, & ſi tu æquus iudex eſſe volueris, negare profecto non poteris, quantum vtilis, quantum neceſſaria illi ſit

Quæ vtilitas paretur Dialectico ex libro prædicamentorum.

decem harum vocum ſiue prædicamentorum doctrina,
quinimmo ipſum vides rurſus eorum partitionem nume-
rumq; eo in loco recenſuiſſe, tanquam illorum nos doctri
næ memores promptius atq; facilius erudiret. Quam
rem tu male intelligens ut rebus tuis conſuleres in alium
errorem iſto longe deteriorem dilapſus es. Librum enim
Topices a cæterorũ artis logicæ librorum ordine diuellis,
ac Dialecticam peritiam ipſius demonſtratiuæ germanã,
partem logices eſſe negas, ſed metaphyſicæ ſubalternari.
Quod vt aliquibus perſuadeas, in qu dam te præcipitas,
quæ plus admirationis ꝙ probabilitatis habere videntur,
quorum errorem inferius demonſtrabimus. Vides etiam
in libro de Demonſtratione multa tractari quæ prædica
mentorum doctrinam expoſcunt. Quis.n. hominem non
concedat in his decem cathegoriis eruditum, propriaſq;
prædicatorum ac ſubiectorum, ſuperiorum, inferiorum
rationes, omnemq; prædicandi modum optime tenentem,
promptius ſaltim, faciliuſq;, demonſtrationis peritiam aſ-
ſecuturum? Sed quo pacto quiſpiam his ignoratis, ſyllogiſ
mos imperitiæ. Demõſtrationum progreſſum non eſſe ad
infinitum, propoſitionum ſiue affirmatiuæ ſiue negatiuæ
fuerint, quæ mediatæ quæ immediatæ, quæ eſſentiales
quæ denominatiuæ, quales in definiendo viæ, ac huiuſmo-
di innumera quæ ad perfectam ipſius Demonſtrationis
ſcientiam pertinere videntur percipere vnq̃ poterit?

ẽ vtilitatẽ conſe-
r demonſtrator
ro prædicamẽ.

Vides poſtremo multa Ariſtotelē in Elenchorum libro tractare, quæ prædicamentorum peritiam neceſſario ſupponunt. Ipſe.n. dum eam deceptionem nos docet, quæ à figura dictionis ſuboritur, prædicamentorum nonnulla eo in loco dinumerat, cætera aſſerens ſe prius enumeraſſe, quorum permutatione vt quale quantum, aut quantum quale, vel faciens patiens, vel diſpoſitum facere huiuſmodi fallaciam prouenire ſolere. Quibus omnibus conſtare poteſt quomodo etiam grauiter in hac tua argumētatione hallucineris. Nam eſto quod tibi gratuito concedamus neutris illarū vocum quas attuliſti ſyllogiſmos conſtitui, quibus de inſtrumentis logices quippiam oſtenditur. Nonne vides ꝙ male inſeras dictarum uocum peritiam in logica facultate ſuperuacaneam fore? Iam.n. oſtendimus quantum non ſolum commodi atqꝫ vtilitatis, uerum & neceſſitatis afferat horum prædicamentorum conſideratio. In quibus lucide exacte, & ueluti in primis cauſis ſpectari poteſt qualis ſit unuſquiſqꝫ prædicandi modus, quibus regulis ac rationibus prædicata ipſa atqꝫ ſubiecta in uniuerſum contineantur. Quæ edocti multas poſtmodum uoces cognoſcamus prædicari ac ſubijci. Quæ non res naturæ, ſed ipſius mentis formationes aut conceptus ſignificant.

Quarum in logica facultate ſatis frequens eſt vſus. Huius rei haud dubio inditio tibi eſſe deberent innumera quibus librum de interpertatione repletum vides, quæ

Quō ſit neceſſarius ſophiſtico liber prædicamentorum.

Primo Elenchorū capite de falla. figuræ dictionis.

iam libro prædicamentorum notiſſima fecit. Semper enim Ariſtote. dum ipſius enunciationis ſubiecta aut prædicata profert, ſiue finita ſiue infinita, ſiue abſoluta, ſiue modificata, voces prædicamentales affert. Veluti ea quæ iam ab ipſo expoſita ſunt. Vt ꝑ homo, animal, album, iuſtũ, iniuſtum, & ſimilia. Quibus tametſi exemplorum loco utatur, claris tamen uocibus, & quibus indubitatus prædicādi aut ſubijciendi modus ſpectaretur uti placuit. Quam obrem officioſiſſimus philoſophus ut Demõſtratori, Dialectico, Sophyſtico, Syllogiſtico, Enũciatiuo, logicis partiariis artificibus prouide conſuleret, cum præcipua horum cura, continuus quaſi labor, in explorandis dignoſcendiſq; prædicatis atq; ſubiectis verſaretur, ſeorſum hunc prædicamentorum libellum ædere uoluit, quo ipſorum omnium vt in enunciationibus ſtare poſſunt, ad ſcientiæ modum, cognitiones ac naturas demonſtraret. Hæc mi Antoni ſat tibi eſſe deberent non ad hanc dumtaxat diluendam argumentationem, quam modo nobis veluti alterum Achillem obieciſti. Verum ad cæteras quas in hac tua controuerſia eiaculari poſſes.

TRACTATVS QVARTVS QVO *nonnulla monſtrantur Peripatetica eſſe & vera, quibus An. Miran. deceptus eſt.*

Caput. I. Quo monſtratur Dialecticam eſſe partem logices.

QVONIAM *vt inquit Ariſto. primo Phyſicorum vno inconuenienti dato plura ſequi neceſſe eſt. Tu qui vniuerſum Topicorum librum his plenum videbas quæ ad prædicamentorum libellum ſpectabant, vt multas ſubterfugeres difficultates, illius libri doctrinam quam communi conſenſu Dialecticam appellamus non eſſe logicæ partem arbitratus es. Sed priuatam quandam peritiam Metaphyſicæ ſubalternatam. Quæ profecto res mihi omnium abſurdiſſima viſa eſt, ac talis, vt ſæpiſſime cogitarim non eſſe operæ precium tecum in huiuſmodi cauſa contendere. Nam cum hanc opinionem quæ certe perditiſſima eſt, tam bona fronte ſubſtineas, ad quid obſecro te incommodi ducere potero, vt illo quaſi reſipiſcens ſententiam mutare debeas? Verum ut aliis potius ſatisfacerem, quos tu neſcio quibus tuis rationibus in hanc ſententiam traxiſti, volui breuibus demonſtrare illam eſſe vnam e primariis logicæ partibus licet non eo perfectionis acceſſu vt Demonſtratiua. Quo illud etiam eueniet* Com. 22.

nullo modo metaphyſicæ ſubalternari.

1.ratio. Capite.1. Ac primum id ex Ariſto. doctrina primo Priorum monſtrari poteſt. Cum.n.eo in loco ſyllogiſticam propoſitionem quam rationalis artifex ſiue logicus conſiderat definiiſſet, quæ eſt oratio affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo, eandem in ſuas partes ſiue ſpecies triplici partitione diſtinxit videlicet affirmatiuam negatiuam, vniuerſalem particularem, indefinitam, Dialecticam, Demõſtratiuam. Quarum duæ priores ipſius enunciationis formam ſyllogiſmis maxime neceſſariam exponere videntur. Tertia vero materiam. Quas omnes logicum conſiderare neceſſe eſt. Nam ſi propoſitionem ſyllogiſticam conſiderat, & eius partes ſiue ſpecies conſiderare oportebit, ut

Com.2. quarto Metaphyſicæ ſcriptum eſt videlicet eandem eſſe Theoriam totius & partium.

Confirmatio. Confirmari id poteſt, nam Demõſtratiua propoſitio ac Dialectica duæ ſunt propoſitionis ſpecies, ſiue partes dicas, & alteram ut demonſtratiuam, logicus etiam tui confeſſione ſpeculatur. Igitur & Dialecticam ſpeculari oportebit, nam cum ipſæ ex æquo diuidant ipſam propoſitionẽ nulla ratio afferri poteſt cur potius hanc ꝙ illam logicus conſideret.

2.ratio. Præterea in annotato capite primi Priorum Ariſto. haud dubie rem logicam pertractans ſic inquit. Quare ſygilloſtica quidem propoſitio ſimpliciter affirmatio vel negatio

alicuius de aliquo ſecundum dictum modum. Demonſtratiua ſi vera ſit & per primas propoſitiones ſumpta. Dialectica autem percunctanti quidem interrogatio contradictionis, ſyllogizanti uero ſumptio apparentis, & probabilis ſicut in Topicis dictum eſt. Quid ergo eſt propoſitio & quo differat ſyllogiſtica a Dialectica et Demonſtratiua diligentius quidem in ſequentibus dicetur & c. verba Ariſtotelis propria referre volui. Quibus clariſſime conſtat propoſitionem ſyllogiſticam Demonſtratiuam ac Dialecticam ad logicam facultatem pertinere. Nam eo in loco Ariſto. vt logicus ea profert & aſſerit ſe in ſequentibus plenius rem explicaturum, per ſequentes non niſi libros logicos intelligens. Sequi enim ſe ſe ea dicuntur quæ congenea ſunt & eiuſdem nature, ut linea lineam, & vnitas vnitatem & domus domum, hæc eſt doctrina Ariſto. quinto phyſi. & hæc eadem exempla ipſe dedit. Com. 25

Non ergo alios ſequentes libros intelligere potuit ꝙ *illum qui eſt reſolutionum poſteriorum, & illum qui inſcribitur Topicorum. Si igitur propoſitiones Dialecticæ ſunt logicæ conſiderationis. Igitur & ſyllogiſmi qui ex talibus propoſitionibus coaleſcunt ad logicam facultatem pertinebunt. Igitur eorum peritia logica eſt.*

P*ræterea logici munus eſt conſiderare ſyllogiſmum abſolute ſumptum. Id enim te confiteri oportet, cum modum cognoſcendi aſſeras ſubiectum logices, cuius duæ ſunt pri-* Tertia ratio.

mariæ partes definitio ac ſyllogiſmus. Igitur ad eundem pertinebit conſiderare partes ſui ſubiecti videlicet Demõſtratiuum Dialecticum ac Sophiſticum. Igitur peritia Syllogiſmi Dialectici erit logica. Hæc etiam ratio eo innititur fundamento quod ſupra ex quarto Metaphyſices notaui, videlicet eadem eſt Theoria totius & partis:

Com. 2.

Confirmatio. Cap. 1. Confirmari hoc poteſt Ariſto. ſententia primi Topicorum. Cum enim omnes Syllogiſmi ſpecies, quas logicum conſiderare oportebat eo in loco numeraſſet, & eorum differentias expoſuiſſet inquit Syllogiſmum Dialecticum in hoc libro quærimus, & propoſitum illius negocii aſſeruit eſſe inuenire methodum qua poſſimus unoquoq; propoſito problemate ſyllogiZare ex probabilibus.

Quarta ratio. Præterea ſi Dialectica peritia non eſſet pars logicæ. Neq; liber Topicorum numerandus eſſet inter libros logices, Cum talem peritiam quæ Dialectica dicitur in his libellis præſtiterit Ariſto. ſed hoc conſequens affirmare non poſſumus, cum ex prædictis liquido conſtet dinumerari inter libros logices. Niſi tu & hunc uti librum prædicamentorũ temere et citra omnem rõnem etiam Peripateticis omnibus cæcutientibus locum quẽ habet ſortitum eſſe dicas. Quod ſatis perridiculum eſſet aſſerere.

Caput

Caput.II. Quo monſtratur non ſubalternari Dialecticam Metaphyſicæ.

ET ſi ex his quæ præcedenti capite diximus conſtare poſſet non ſubalternari Dialecticam Metaphyſicæ, uolo tamen breuiſſime demonſtrare hanc opinionem Ariſtote. doctrinæ luce clarius aduerſari. Verum mihi id ſubijcio quod vi etiam vocabuli haberi poteſt, facultatem facultati propterea ſubalternari, ꝙ ſubiectum vnius aliqua extraria & accidentali differentia contractum, in inferiori facultate conſideratur. Hoc.n. ſignificat τὸ ſubalternari. ſ. ſub altero eſſe, alterum tamen eſſe, differentiam notat accidentalem. Hoc aſſeruit Ariſtote. primo Poſteriorum. Cap.8. Quo fit vt ſpecies ſub generibus proprijs non ita tanquam ſub altero eſſe dicantur. Non enim animal eſt vt alterum ab homine, immo idem cum ipſo, tametſi non conuerſim. Hanc ob rem ſcientia de homine non dicetur ſubalternari ſcientiæ de animali. Sed eadem cum illa. At numerus ſonorus erit alter a numero ſonoritate ipſa, & linea viſilis altera a linea ob viſilitatem.

Cap.10. Voluiſſe Ariſt. ſubalternantẽ reddere propter quid ſubalternatæ.

Illud etiam prætereundum non eſt quod Ariſto. eodem primo Poſteriorum aſſeruit ſubalternãtem. ſ. peritiam afferre propter quid principiorum ſubalternatæ facultatis. Cũ enim eo in loco nonnullas facultates dinumeraſſet quæ proculdubio ſubalternari uidebantur, vt Perſpectiua Geometriæ, Harmonica Arithmeticæ, Machinatiua Stereome

triæ, Apparentia Aſtrologiæ, inquit, ſcire ipſum quia, eſt ſenſibilium .i. ſubalternatorum, ipſum vero propter quid Mathematicorum .i. ſubalternantium. Et ſubdit. Hi quidem cauſarum Demonſtrationes habent, & frequenter neſciunt ipſum quia. Et ut hanc rem exemplo monſtraret, paulo inferius eodem tamen capite, inquit, ut id quod eſt de Iride, ipſum quia eſt ſcire phyſici. Sed propter quid perſpectiui. In calce etiam prædicti capitis aſſeruit, nonnullas artes quæ exacte ſubalternari non dicuntur cum ſubiectum (vt inquit) alterum ſub altero non exiſtat, hunc tamen ſubalternatarum ſcientiarum modum rationemq; imitari vt quarundam concluſionū vna propter quid afferat, altera uero quia, atq; exemplum afferens, inquit, ut medicina ad Geometriam. Quod .n. vulnera circularia tardius ſanentur, medici eſt scire quia, propter quid autem Geometræ.

idā ſmodus nō ex ſubalternationis.

Corollarium.

Quibus liquido apparet Ariſto. aſſerere ſubalternantem ſcientiam ſemper ac neceſſario reddere poſſe cauſas ſubalternatarum ſcientiarum, cum aſſerat tales artifices ſubalternantes, quos per Mathematicos intellexit cauſarum ſiue propter quid demonſtrationes tenere. Quod præter hoc Ariſtote. placitum arbitror haud dubia poſſe ratione monſtrari.

artifex ſubalter- pōt reddere pro- quid ſcientiæ ſub- natæ. 7.

Principia etenim ſubiectum atq; affectus in facultate qualibet congenea eſſe debent ut primo Poſteriorū Analy. aſſe

ruit Ariſto. Sic. n. inquit. Ex quibus demonſtratio eſt contingit eſſe eadem. Sed ſcientia ſubalternata neceſſario tenet ſubiectum alterum a ſubiecto ſubalternantis, ut iam nos aperte monſtrauimus, ergo & principia illius erunt altera a principijs ſubalternantis, cum talia ſint compoſitiora ſiue compreſſiora, & quæ sunt subalternantis ſimpliciora, igitur illa incertiora, hæc uero certiora, igitur illa per hæc probari poterunt. Monſtrauit. n. Ariſto: in prædicti capitis calce eam demonſtrationem eſſe certiorem quæ a prioribus ſimplicioribuſq; cauſis ac principijs firmaretur.

C *onfirmari id poteſt quoniam quæ compoſita sunt, effectus ſunt, ac pendere videntur a cauſis principijſq; componentibus, igitur in illa diſſolui reduciq; poſſunt, igitur illa naturæ priora erunt ac notiora. Sed huiuſmodi sunt principia ſubalternatæ facultatis ut monſtratum eſt. Igitur monſtrari poterunt a principijs subalternantis.* Confirmatio.

C *onfirmari etiam id poterit his quæ primo Poſteriorum Ariſto. rettulit. Inquit. n. in eo loco principia ſubalternantis ſecundum analogiam & quantum illi vtile erit ſubalternatam accipere, ac illis non ampliter ſed quantum ſuo generi conuenit vti poſſe.* Cap. 8.

P *luribus id poſſem argumentis monſtrare, ſed cum hoc nil fortaſſe certius habeant Peripatetici nec quiſpiam (ut legi) hac in re unquam dubitarit, ſuperuacaneum duxi in*

re tam conſeſſa tecum contendere.

Ratio. 1. His ita ſubiectis ac firmatis patere poteſt te plurimum errare dum logicam ſiue Dialecticam Metaphyſicæ subalternari putas. Non.n.ſubiectum huius ſub subiecto illius veluti alterum ſub altero continetur. Neq; principia huius ex principijs illius monſtrari poſſunt. Quis.n. adeo mentis inops diceret Syllogiſmum ſiue ut putas modum cognoſcendi eſſe subiectum alterum ab ente inquantū ens quod subiectum Metaphyſicæ ſtatuitur? Quænam differentia afferri poteſt, quæ enti ampliter sumpti forinſeca atq; accidentaria exiſtens, ipſum poſtea comprimens aut afformans logicæ facultati aut Dialecticæ accommodatū faciat? Id.n. adeo falſum eſt, ut vix e̅t in opinione cadat.

2. Ratio. Nec minus illud, principia.ſ. huius a principijs illius demonſtrari poſſe cū hoc ipſa experientia falsum eſſe appareat.

Confirmatio. Præterea tuo etiam teſtimonio patere id poteſt. Veritate enim coactus aſſeruiſti logicæ principia a Metaphyſico demonſtrari non poſſe. Igitur illi ſubalternari non poterit. Et miror quo pacto hæc duo adinuicem pugnantia conceſſeris, logicam subalternari illi, & tamen ab ea suorum principiorum propter quid non accipere. In annotatis.n. locis hoc neceſſario sequi monſtrauimus.

Neq; tu ea ratione seduci debebas, quam in commentariolo affers, videlicet Metaphyſicum conſiderare genus, ſpecie̅ prædicatum, subiectum, neceſſarium contingens, ac his

ſimilia, quæ logicæ conſiderationis eſſe videntur, et propterea logicum Metaphyſico ſubalternari. Praue. n. id colligis, ac in multos proinde errores dilaberis. Sic namq; omnes priuatæ ſcientiæ primæ philoſophiæ ſubalternarētur, cum omnium terminos in amplum illa cognoſcat. Quod tamen etiam tuo iudicio falſum exiſtit, Illam. n. principē omnium primo Poſteriorum appellauit Ariſtote. non tamen ſubalternatricem. Cap. 7.

In ſuperioribus etiam iam monſtrauimus tam & ſi Metaphyſicus qui artifex eſt ampliſſimus, & ens inquantum ens commune analogum reale ac rationis contemplatur, prædicta conſideret, non tamen ea ratione, ut in enunciationibus ipſi ſituantur aut illas denominare poſſunt. Eſt enim hoc logici muneris. Vnde nulla id tibi vel leuis occaſio eſſe debuerat, q̃ a communi Peripateticorum conſenſu deuiares ac ſic quaſi per diuortia exulares. Sed de his hactenus, & quidem plura q̃ oportebat.

Caput. III. *Quo monſtratur deceptum fuiſſe Mirandulanum in hac enunciatione homo eſt animal.*

ILlud etiam quod in poſtremis commentarioli aſſeris non eſt verum, videlicet. In hac enunciatione homo eſt animal ꝓ animal nō abſolute, ſed particulariter prædicari, ac obinde ſophiſma illud in ſcholis detritum per fallaciam figuræ

dictionis diſſolui videlicet hō eſt animal, animal eſt genus, igitur hō eſt genus. Dictio.n.animal, inquis, cū in prima particulariter prædicatur, in ſecunda uniuerſaliter, unde deceptio a figura dictionis ſuboritur, dum ex his concluditur homo eſt genus.

S ed bone deus quid audio ab homine in Bononienſi Gymnaſio tot annis Dialecticam profeſſo?

oris egregii Mini. D uos oſtendam hac in re tuos ſatis egregios lapſus, primum in ea enunciatione prædicari τò animal vt vox quædam vniuerſalis omnia animalia ſignificans, tametſi non pro vniuerſis ſenſu copulatiuo, ſed diſiunctiuo verificetur. Alterum. Illam deceptionem non eſſe a figura dictionis, ſed ab accidente.

us error.

Ratio. 1. P rimum ſi vox animal non vt vox vniuerſalis ſed particularis de hac voce homo prædicaretur, ſequeretur eam prædicationem non eſſe ſuperioris de inferiori, ſed potius conuertibilis de conuertibili, poſtquam uox animal particulariter prædicatur. Sed conſequens eſt impoſſibile igitur et antecedens.

Ratio. 2. P ræterea ſi dum affirmatur de tali ſubiecto, particulariter accipitur. Igitur et dum negatur poſſem dicere ꝙ particulariter negatur. Non.n. maior in vna q̃ in altera ratio eſſe videtur. Igitur hæc homo non eſt animal poſſet concedi vera. Q uoniam tuo iudicio hunc ſenſum haberet homo aliquod animal non eſt.

I tem locus a deſtructione antecedentis in deſtructionem conſequentis eſſet validus, quem negauit Ariſto. ſecundo Topicorum, conſequentiam oſtendo, quoniam bene ſequitur, eſt homo, igitur eſt animal, ſed ꝓ animal ſignificat particulariter animal rationale igitur bene ſequitur, non eſt homo ergo non eſt animal, cum idem negetur in hoc conſequente, quod affirmabatur in priori. Ratio. 3. Cap. 2. et. 3.

I tem hæc omnis homo eſt animal poſſet conuerti in terminis contra Ariſto. primo Priorum, conſequentiam oſtendo, nõ cum ꝓ animal in ea, animal rationale ſignificet ergo conuertendo õe animal eſt homo cum eodem mõ ſignificare debeat. diſtribuetur pro eodẽ ſignificato, et ſic ẽt erit vera. Ratio. 4. Cap. 2.

I tem particularis negatiua ſimiliter poſſet conuerti in terminis, nam hæc aliquod animal non eſt homo., conuertetur in iſtam, aliquis homo non eſt animal, nam pariter dicam in hac negatiua, ꝓ animal particulariter negari, poſtquam in affirmatiua particulariter affirmabatur, & ſic vtræꝗ erunt ueræ, & ſic facta terminorum conuerſione conuerti poterunt, quod Ariſtoteli contradicit primo Priorum. Ratio. 5. Cap. 2.

I tem ſequeretur hanc concedi poſſe veram, tantum homo eſt animal, & ex conſequenti omne animal eſt homo, quæ tamen falſiſſimæ ſunt, monſtratur ſequela, nam ex tua ſententia ꝓ animal, rationale animal ſignificat dumtaxat, igitur addita dictione excluſiua ſubiecto, prædicato

non immutato aut uariato idem ſignificabit.

Quod ſi his conuictus, dicas te hanc enunciationem, videlicet homo eſt animal veram fateri, atq; τὸ animal uocem eſſe communem atq; vniuerſalem, non tamen pro omnibus ſuis ſignificatis de τὸ homo vere prædicari, ſed pro aliquo dumtaxat videlicet rationali. Quæram ego a te cur communem opinionem accuſas, ac ualentisſimos illos Dialecticos inſectaris, qui in tali ſenſu eam concedunt. Concedamus igitur vnanimes enunciationem illam veram, atq; τὸ animal vt vocem indefinitam atq; communem, non terminatam atq; particularem, licet non pro omnibus ſuis ſignificatis copulatiue (vt iam diximus) diſiunctiue tamē vere prædicari, ſiue verificari.

Quod vero ex ſecundo Perihermenias affers pro noſtra magis ſententia q̃ pro tua ſtare videtur. Eo. n. in loco rñdebat Ariſto. obiectioni iam factæ, videlicet q; ad neceſſe eſſe, ſequi nō poterat poſſibile eſſe, quoniam id admittebat posſibile nō esſe. Inquit Ariſ. duplex esſe ipſum poſſibile quoddam quod iam actu eſt, quoddam quod non actu, ſed posſibile eſt fieri. Hoc aſſerit eſſe in ſolis mobilibus. Illud etiam in immobilibus. Sic. n. ipſe inquit, ipſum posſibile, ſimpliciter. i. vt exponit doctisſimus Boetius ſecundū omnem ſenſum, & pro omni ſuo ſignificato, non poteſt vere prædicari de neceſſario. Quod illud eſt quod nos aſſerebamus verificari. Et ſubdit Ariſto. cum partem ſequatur

quatur vniuerſale, ad neceſſe eſſe ſequitur poſſibile, ergo hic habes ab Ariſto. poſſibile eſſe ut uniuerſale eſt ſequi partem.ſ. neceſſe eſſe, licet non pro quolibet ſuo ſignificato de eo vere prædicari poſſit. Et in hoc deceptus es mi Antoni.

A lter tuus error eſt ꝙ putas eam deceptionem prouenire a figura dictionis, apud neminem vnquam hoc inuenies. Immo Alexãder Aphrodiſeus cui tu aliquantulum tribuere videris aſſerit eam prouenire ab accidente & conſimili exemplo ipſe vtitur vt homo eſt rationalis, rationale eſt differentia, igitur homo eſt differẽtia. Et hoc quod ipſe dicit Peripateticum eſt cui omnes interpretes aſſentiunt. Sed quo pacto fallaciam figuræ dictionis in eo paralogyſmo depræhendere potes, cum nullam in illis figuram ſiue ſimilitudinem dictionum reperias, ſed eædem ſint tametſi non ſecundum eundem modum ſignificantes, quomodo ꝓ animal in prima cum ꝓ animal in ſecunda figuram tenent dictionis? Hoc.n. aſſerere eſt Ariſto. contextum in Sophiſticis Elenchis non bene intelligere. Inquit.n. Ariſto. eo in loco interdum nos decipi figura dictionis vt cum maſculinum fœmininum concedimus, vel quod inter hæc eſt, ſimiliter actiuum paſſiuum aliquando concludimus, aut econtra, aut quod vnius eſt prædicamenti, quod eſt alterius. Quorum exẽpla eo in loco monſtrantur plurima.

Error magnus Mirand. circa fallaciã huius paralogiſmi, hõ eſt animal, animal eſt genus, ergo homo eſt genus.

Cap. de figu. dictionis.

V erum nos talem deceptionem cum Peripateticis eſſe extra

dictionem aſſerimus fieriq; ab accidente. Inquit.n. Ariſt. eodē primo libro propter igitur accidens paralogiſmi ſunt quando ſimiliter quodcunq; exiſtimabitur rei & acciden ti ineſſe. Nam cum multa accidant eidem, non eſt neceſ ſe omnibus prædicatis & ei de quo prædicatur illa om nia ineſſe. Habes igitur ex hoc Ariſto. contextu quando aliquod prædicatum ineſt rei.i.ſubiecto ſi omne quod illi prædicato aduenit putabis illi rei ineſſe ſiue accidere, deceptio vocabitur ab accidente. Quod profecto in nulla re clariusq; in paralogiſmo quem attuliſti ſpectare poſſumus, videlicet homo eſt animal, hic ꝓ animal aſſeritur ineſſe rei ut ꝓ homo, cum vero alteram ſumis, animal eſt genus tametſi vera ſit, non tamen ita libere prædicatum genus poſſumus cōcludere ineſſe priori ſubiecto videlicet ꝓ homo. In qua re tu ita decipi non debebas, cum publica ēt ſit illius regulæ moderatio, quam in ante prædicamentis legiſti, videlicet quando aliquid de altero prædicatur vt de ſubiecto quicquid de tali prædicato predicabitur, neceſſe eſt & de tali ſubiecto prædicari. Sic.n. omnes moderantur, ſi tale prædicatum eiuſdem ordinis fuerit ac ſerici prædicamentalis cuius defectu peccat quem adduxiſti paralogiſmus, & iuniores Dialectici non imperite dicant fallaciam eſſe ob varium ſupponendi modum illius vocis animal, cum in prima perſonaliter (ut uerbis eorum vtar) & in ſecunda ſimpliciter ſupponat, quorum vocabula ta-

e de fallacia acci

metſi Peripatetica non videantur, ſenſus tamen illorum Ariſto. doctrinæ ſumme conſonus eſſe videtur.

Caput. IIII. Quo diſſoluuntur obiectiones oppugnantes ſecundas intentiones.

QVoniam in ſecundo noſtro tractatu monſtrauimus ſecundas quas uocant intentiones concedere nos oportere ſi doctrinam Ariſto. ac veritatem ſequi uelimus, propterea hoc in loco obiectiones tuas quas contra earum poſitionem formaſti dumtaxat diluemus. Primum ſic contendis, ſi darentur, ut uerbi gratia genus, ſpecies, differentia, neceſſarium, contingens. & cætera huiuſmodi, aut illis in re aliquid reſponderet, aut nihil. Secundum concedi non poteſt, quoniam tunc figmenta intellectus eſſent. Si primum, ergo reſpondet illud accidens quod enti in re accidit, quandoquidem ſint communia, & ſic inquis tua reuertetur opinio. Ratio prima.

Ego quippe fateor ignorare quid hac parte diſiunctiuæ dicere velis adeo obſcure conceptus tuos explicas. Sed ut cũ φ aſſero reſpondere illis aliquid in re, neφ ſequi opinionem tuam eſſe veram, immo luce clarius falſam. Concedimus. n. has intentiones reſpectus eſſe rationis, & ut a logico conſiderantur primarum intentionum denominatiuas, quæ res ſunt in intellectu poſſibili ut obiecta exiſten- Solutio.

tes, abſtracta lumine intellectus agentis à phantaſmatibus rerum ſingularium quæ ſub ſenſu aliquando ceciderunt, vt vero uocibus explicantur doctiſſimus Boetius vocabulorum uocabula ea nominauit. Denominatur .n. iſta vox homo, ſpecies, & iſta vox animal, genus. Erras igitur dum putas nihil illis reſpondere. Pariter aſſero modos illos videlicet, neceſſario, poſſibile, contingens, denominare ipſos conceptus complexos quos prolatos enunciationes appellamus, quibus in re ſua ſignificata reſpondere non eſt qui dubitet. Quo vero pacto affectus entis dicantur, & a Metaphyſico, ac logico diſpari ratione conſiderentur, abunde in ſuperioribus explicauimus. Nihil igitur hic nos oppugnas.

Ratio ſecunda. Præterea difficillimam (ut tibi videtur) ad idem aſtruis argumentationem aſſumens hanc vniuerſalem enunciationem, omnes animæ intellectiuæ paſſiones eſſe ſimilitudines rerum ſingularium, productas ab ipſa conuenientia quam interſe habent ſingularia, quod aſſeris patere ex libro περὶ ἑρμηνέιας et ſecundo Poſte. Tunc infers ergo in eo inſtanti in quo iſtæ paſſiones ſunt ſimilitudines plura nobis ſingularia repræſentant. Quod inquis, ſi negaretur non eſſet tunc uerum, quod indubitatum firmauimus, paſſiones. ſ. eſſe ſimilitudines abſtractas a pluribus ſingularibus. Ex his infers tales paſſiones in eo inſtāti in quo ſunt ſimilitudines, cum plura repræſentent neceſſario eſſe vni-

uerſales. Sed in prima operatione intellectus ſunt ſimilitudines, ergo in eadem ſunt vniuerſales, ergo ſecundæ intentiones ſuperuacaneæ ſunt, cum prius ponerentur factæ quàm fierent.

C onfirmas, nam tunc non fierent prima intellectus operatione, ſed ſecunda, cum oriantur dum intellectus comparat vnam ſimilitudinem cognitam alteri iam cognitæ, ergo ſecunda eius operatione efficerentur, quod eorum opinioni repugnat. Confirma. 1.

I tem ſi fierent ab intellectu ſic comparante ſimilitudinem ſimilitudini, ergo præexiſtebat ſimilitudo illa abſtracta à pluribus, & ex conſequenti vniuerſale prius formatum erat, ergo fruſtra ponuntur ſecundæ intentiones. Confirmatio. 2.

I tem prius tēpore intelligitur animal quàm homo, ſicuti prius tempore fœtus prius eſt animal quàm homo. Igitur in illo priori cum ſit vniuerſale non fiet uniuerſale per ſecundam operationem intellectus ut aduerſarij aſſerunt. Confirmatio. 3.

M ulta etiam alia aggeras quæ cum eiſdem diſſolutionibus diluantur, ſingula referre neglexi, quibus omnibus ſic ſatisfacimus.

P rimum tu propoſitionem illam ſic ampliter intellectam aſſumis, quæ tamen varias ob rationes falſa exiſtit. Sunt enim multæ ipſius animæ intellectiuæ paſſiones, quæ nõ ſunt ſimilitudines rerum ſingularium repræſentatiuæ, ſecundo libro de anima aſſeruit Ariſto. iraſci, conſiderare, de- Solutio. 2. rõnis. Com. 12.

ſiderare ipſius animæ intellectiuæ paſſiones eſſe, tametſi communes, non proprias, cum non niſi de tali anima in eo contextu loquatur, cum ſubdat. Maxime autem intelligere aſſimilatur proprio, & tamen hæ non ſunt ſimilitudines, aut exemplaria ſingularium.

Præterea affectus ſiue boni ſiue praui qui in ratiõali appetitu exiſtunt ſunt animæ intellectiuæ paſſiones, qui tamen non ſunt ſimilitudines & c.

Com. 1. Neq; ſi circumſpectius eam propoſitionem aſſumeres, & non animæ intellectiuæ ſed potẽtiæ intellectiuæ diceres, iuxta illud Ariſto. tertio de anima. De parte autem animæ & c. propoſitionem illam ueram haberes. Quod. ne tali parti animæ obijcitur, vniuerſale quidẽ eſt, cum iam lumine intellectus agentis phantaſma illuſtratum, conditiones indiuiduas exuerit, & iam ex materiali immateriale effectum fuerit, ac per ſpeciem intelligibilem repræſentatum. Quo fit vt falſum ſit ſpeciem talem quam intellectus poſſibilis recipit, & quæ ipſius paſſio dici poteſt eſſe rei ſingularis aut ſingularium ſimilitudinem; immo rei vniuerſalis, quæ licet intellectus agentis actum inſequatur, præcedit tamen illum qui eſt intellectus potentiæ. Huius rei doctrinam vndiq; in tertio de anima libello diſperſam habemus. Neq; in libro de interpretatione huius oppoſitum Ariſto. dixit, immo in prologo primi libri oppoſitum magis aſſerere uiſus eſt. Sed ſi etiam tibi illam

gratuito concedamus veram, vide quantum etiam decipia-ris, ac iniuſte tot claros viros redarguas dũ colligis in eo inſtanti eſt ſimilitudo plurium ſingularium, & ex conſequenti vniuerſale, igitur ſuperuacaneæ ſunt ſecundæ intentiones. Atq; huius rei deceptio prouenit, ꝙ cum multis modis accipi ſoleat vniuerſale, tu perinde illo vteris, ac ſi vnice diceretur. Quod certe latere te non debuit, qui tam audacter Peripateticis contradicis. Cum varie ſummi ſoleat vniuerſale, complexe. ſ. quod enunciatio vniuerſalis appellatur, quam tum artis, tum ſcientiæ principium eſſe voluit Ariſto. ſecundo Poſteriorum, quæ. ſ. ex plurium ſingularium conuenientia ab intellectu potentiæ, fauore tamen facultatum ſenſitiuarum, præuijs experimentis memoriiſq; plurimis producitur. Atq; incomplexe, quod etiam varie conſideratur. Tu tamen illo vteris ac ſi vnice diceretur. Peſſime igitur concludis in a inſtanti ponitur vniuerſale obiectum intellectus potentiæ, ergo fruſtra ponuntur ſecundæ intentiones.

N*eq; hoc in loco diſſeram de modo gignendi vniuerſale, an .ſ. ut dicere viſus eſt Ariſt. ſecundo Poſteriorum ex conuenientia plurium ſingularium exiſtentium in ui ſenſitiua (cuius tu loci ſententia plurimum inniti uideris, an verius lumine intellectus agentis, atq; ipſo phantaſmate in intellectu poſſibili reponi, quod varijs in locis tertij libri de anima nos docuit Ariſt. Longiorem namq; ſermonem talis di* Capite vltimo.

ſputatio requirit. Sat nobis modo erit, ꝗ ſiue hoc, ſiue illo modo ponatur, tu nulla parte expugnas, de medio tolli ſecundas intentiones.

confirmationis. Quod vero in confirmationem attuleras deriderent Peripatetici, & deceptionem tuam proueniſſe putarent, ꝗ non diſtinxeris ſecundam operationem intellectus potentiæ, ab eius actu collatiuo, vnde ſecundas intentiones ut. ſ. genus, ſpeciem, differentiam prima operatione, nõ ſecunda innaſci faterentur, non tamen actu illius primo, & recto, ſed ſecundo & collatiuo, propterea tua conſequentia abſurdiſſima eſt.

vlti. ſolutionis. Poſtrema etiam ratio tua nullam vim habere videtur. Nam conceſſo fœtum prius tempore viuere vita plantæ, ac animalis, ꝗ hominis, ac etiam prius eſſe animal, ꝗ hominẽ, et ſic prius intelligi animal ꝗ hominem, & in illo inſtanti eſſe vniuerſale, in quo non ſunt ſecundæ intentiones nonne vides, ꝗ male inferas, eas obinde ſuperuacaneas fore: aut aliquid prius eſſe ꝗ factũ ſit: Tales. n. cõſequẽtiæ omnino vanæ ſunt, ac te alioquin uiro doctiſſimo nõ dignæ.

Eſſet modo reliquum monſtrare quo pacto ſola nominum ac verborum cognitione quam præſtitit Ariſt. in libris de interpretatione non potuiſſe vniuerſum logicum negociũ pertractari, ut tu falſo arbitraris, verum cum id ex tot à nobis totiens repetitis, ſatis manifeſtum eſſe poſſit, eoq; potiſſimum, ſi ſpectauerimus quã cæteri logici partiarij artifices

tifices

tifices vtilitatem ex prædicamentorum doctrina conſequantur, quæ de vocibus eſt, non ea ratione, vt nominum aut uerborum adhuc rationem ſubeunt. Propterea receptui canens, id præteribo, præſertim ꝙ huius rei cauſam græci atq; latinorum plurimi ſufficientem reddiderint, neq; tu eam in commentariolo adhuc falſam monſtraueris.

Atq; his pro tempore ſatis vt arbitror explicatis, reſtat nunc, vt pro noſtra ætate qua tibi parentis numero eſſe debeo, te admoneam, pro meo vero amore, quo te non ſecus atq; alterum fratrem complector, rogem ut etiam atq; etiã diligenter conſideres, atq; animo perpendas ne ſi tibi vera videbuntur, pertinacia, aut prauus quidam pudor obſtet quo minus ad ſanitatem reuertare, ac cum veteribus Peripateticis omnibus in gratiam redeas. Quod ego cum me hercle tua cauſa valde cupiam, tamen non nihil etiam ad ſalutem adoleſcentum pertinere arbitror, qui opinione nominis authoritatiſq; tuæ capti, iam plures in fraudem illiciuntur. Sed vt vni id acciderit Cardinali Farneſio quã tum id damnum futurum ſit profecto non ignoras. Qui cum ea nobilitate ſit, ea dignitate, ijs fortunis ut et in præſentia maximæ reipubl. Chriſtianæ ſalutis curæ in eo col locatæ ſint, maioreſq; in dies ſore videamus, in ea re omnes omnia debemus ut bonitas naturæ, ingeniiq; illius ijs curſi bus quos iamdiu inſtituit ad doctrinarum omnium bona rumq; artium culmen perueniat, quos ſi quis interrumpe-

re,aut retardare emolumenti aut famæ ſuæ cauſa aggre-
diatur,tantum facinus admittere mihi videtur,ut nulla pœ
na ſatis expiari poſſit,a quo ſcælere ut te abſtineas tum
tua tum vt dixi communis omnium noſtrum ac plane rei
publicæ Chriſtianæ cauſa te iterum atq; iterũ admonco.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



Romæ Apud Antonium Bladum Aſulanum.

M D XLII.